RERVM
IN ARVERNIA
GESTARVM, PRÆCIPVE
in Amberti, & Yſſoduri vrbium obſidionibus anno 1577.

Luctuoſa narratio.

RECENTER INSTITVTA, ET in lucem edita, per Lodoicum Villebois.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

NEOBVRGI,
Per Touſſanum du Pré.
M. D. LXXVII.

NOTVM eſt omnibus, vltimo pacificationis edicto, quod promulgatū eſt decimaquarta die Maij, anno 1576. cū Rex ipſe ſummo Pariſienſi Senatui intereſſet, inter cętera, Senatuſconſulto conſtitutum eſſe & conceſſum, vt in omnibus Galliæ oppidis, omnibus in locis regni, ditionis ac territorij, ſine vlla temporis ac perſonarum pręſcriptione, liberum eſſet exercitium, publicum ac generale religionis illius, quam reformatam appellant. Cōſtat præterea Regem, cum ad huius promiſſi fidem ac ſecuritatem, tum etiam ad corroborationem aliorum, quæ comprehenſa ſunt ſexaginta tribus articulis edicti illius, quod perpetuum fore & irreuocabile aſſerebat, octo vrbes tanquam obſides dediſſe Catholicis confœderatis, & Euangelicis, hoc eſt, iis, qui Religionem, quam reformatam vocant, ſequerentur, quorum ſe ducem ac protectorem nominabat regis frater Dux Alēconius. Ex harum numero fuiſſe Yſſoriā in Aruernia, teſtatur articulus 59 edicti illius, quod quidem, cum excuſſis difficultatibus nonnullis, promulgatum hinc inde fuiſſet, Euangelici paſſim conati ſūt

(vt par erat) libertatem edicto cõceſſam retinere eáque frui. Cum autem ab iſtius edicti promulgatione ad hunc vſque mẽſem Iulij, propoſitũ ſit referre, quæ in Aruernia euenerunt, in oppidis potiſſimum Yſſoria & Amberto, plurimis in aliud tẽpus reſeruatis, vt vberiore quadam narratione deſcribantur, initium faciam ab ipſo Amberto.

Erant in hoc oppido, quod vicinum eſt Foreſtiano agro quodque ambitu licèt non ſit magnum, ſitum tamen eſt cõmodo loco, Euangelicorum aliquot, qui planè in animum induxerunt, accerſendum eſſe in vrbem miniſtrum verbi Dei. animum addebat *du Lac* nobilis, religionis flagrantiſſimus, cuius domicilium nõ procul aberat ab oppido Amberto. Accerſit is Maſſinũ miniſtrũ verbi Dei mẽſe Septembri 1576: & quamuis oppidani catholici diligenter omnia circunſpicerent, futuri euentus ſoliciti, conarentúrque huic rei obſiſtere, ſuadentibus iis, qui cæteris authoritate anteibant nihilominus introductus eſt in oppidum Maſſinus. Quod vbi factum eſt vt regis edicto ſatisfieret hac in parte *du Lac* iudici indi-

cat,

cat. vnanimi Euangelicorum conſenſu accerſitum eſſe paſtorem. Sed iudex, cũ liberum religionis exercitium denegaret, reſponderunt Euãgelici, ſe poſt habi ta eius defẽſione, quę ex diametro cum Regis edicto pugnabat, in propoſito perrecturos. Reſponſum hoc conſimilis ſubſecutus eſt effectus, apto enim loco confeſtim congregantur, & die iouis habita eſt concio tranquillis adhuc omnibus: Subſequenti dominica, poſtquã Catholici conueniſſent his de rebus deliberaturi (iuxta concilium quod aliqui ſuggeſſerunt catholicis, qui in iis habitant oppidis, in quibus libera eſt Euangelij prædicatio) clauduntur portæ vna dũtaxat excepta, quæ armatis hominibus ſtipata erat, à cuius ingreſſu arcebantur Huguenotti aduenæ hoc eſt, qui ex ea vrbe, aut ex eo agro nõ erant oriundi. Concionis verò tempore, in veſtibulo eius loci, in quem conuenerãt Euangelici, adoleſcẽtes oppidani qui tympãno pulſato luſtrati erant & recenſiti, iniuriis primùm eos cœperunt afficere, qui concioni intererant, lapides dein iactare: nullatenus tamen commoti ſunt Euangelici. ſed tranquilli

quilli, quantùm fieri potuit, concionis ſinem expectarunt. Poſtera die *du Lac* viſitandi miniſtri gratia Ambertũ ingreſſus, iuſſus eſt ab altero Conſule, negotia ſua quam primum expedire, poſtea verò vrbe excedere: nullam huius edicti cauſam aperire ne ſcripto quidem (quanuis rogaretur) patefacere voluit conſul. exceſſit igitur vrbe poſt aliquot horas *du Lac*. Subſequẽti die Iouis, eadem manſit quæ prius cuſtodia, eadem manſerunt obſtacula: & quãuis ea die pro more eſſet emporium: coacti ſunt nihilominus cẽtum & amplius homines ad portas ſubſiſtere, quibus etiam portarum cuſtodes verbera minabantur, ſi in vrbem ingredi tentaſſent.

Concionis autem tempore, quæ in vrbe habebatur, nebulones aliquot cõgregantur, & ſartaginibus, lebetibus, buccinis & boatu inconcinno tantum excitarunt ſtrepitum in ea parte, in qua congregati erant Euangelici, vt non poſſet ampliùs concio ab auditoribus percipi. Patienter tamen & modeſtè ſolutus eſt cœtus, & abiit vnuſquiſque in ædes ſuas, vt poſtea commodiùs apud iudicem de tã-

ta proteruia conquererentur,ſed hāc ma giſtratus minimè cōpeſcuit.Poſtera die, Maſſinus cōcionator vt officio ſuo ſatiſfaceret in alium quempiam locum conceſſerat accerſitus:officio itaque functus Ambertum reuertebatur, ſed ecce ab ingreſſu oppidi arcetur,in teſtimonium vocat aliquos eorum qui aderant,vt eorum eſſent memores quę fiebant,poſtea in arcem quæ dicitur *du Lac*, diſtatque leuca ab Amberto oppido ſe confert, in ea aliquot menſes commoratur: concionatur etiam vbicunque licebat Euãgelicis, vel ex Amberto oppido,vel aliũde,in vnum conuenire.Hæc menſe Septembri & ſequentibus geſta ſunt.

Totius Aruernię Catholicorum animi exacerbati adhuc, ob varias tēpore turbarũ procurſationes ducis Merlæi ab Vtica Oxitaniæ oriundi,& qui ob rei militaris peritiam & felicitatem bellicam,nomen celebre adeptus eſt in Gallia, ipſis Catholicis admodum formidabilis, qui etiam oppidi Yſſorię vnde ſolitus eſt in hoſtem excurrere adminiſtrationem obtinebat primum, poſtea verò Mariaco, quòd oppidum nō procul abeſt ab agro

Seuenatum,præfectus eſt,& in huius locum ſuffectus fuit Chauagnacius:hi inquam,commilitones ſuos ad Romanæ, religionis inſtaurationem excitabāt,nec horū conatibus ac petitioni Chauagnacius obſiſtere videbatur, quin etiam auxiliatrices manus afferebat, ſed in eorū poteſtatem cunctabatur duo templa reponere, quòd alterum mœnium partem conſtituebat,alterum etiam , quod monaſterium erat, toti oppido imminebat. His namque in illorum poteſtatem reductis,non ampliùs oppidum iſtud,Euāgelicis locus ſecuritatis eſſe poterat.Hác ob cauſam,mandari priùs iſtud ſibi nominatim volebat, cùm præſertim occurrerent quamplurimæ difficultates, quibus Euangelicos in omnibus Galliæ prouinciis implicari paſſim catholicorum aſtunouerat.

Vnuſquiſque intereà ad indictos Bleſis vniuerſorum ordinum conuentus ſeſe comparabat, magnâque euentus ambiguitatem adferrebant Euangelicis,ver ſutiæ quædam ac calliditates in priuatis Prouinciarum conuentibus latitantes. Maximè cùm animaduertiſſent Alenconium

nium ducem, in aulam ita rediiſſe, vt nō ampliùs recordari videretur edicti illius, eo q̃ tēpore promulgandum curauerat, cùm ab aula diſcederet. Sed bonam illi partem aperuerunt miſeriarum, quæ non multò poſt ſubſecutæ ſunt, cùm illam ad Bleſianū oppidum congregationem, certò intelligerent in eum finem ſuſceptam eſſe, vt religionis Euangelicę exercitium à Gallia procul amandaretur, & per conſequens, tumultus ſuperioribus maiores in Galliam introducerentur.

Dum animus vagatur ac fluctuat, ecce *Capitaneos Luynes* pontem S. Spiritus oppidū ſcil. Oxitaniæ celeberrimū occupat Catholicorum nomine, quo ex facto, tum etiam, quod *Mareſchallus d'Amuileus* morari diuitius, & alia aliis in locis pertentari audirētur, dubitare nullus poterat, quin ciuile bellum inſtaret, quod ſanè magis magíſque edicto illo regio Bleſis promulgato penultima die Ianuarij 1577. confirmatum eſt. Sic enim habet, Maieſtatem Regiā tribus regni ſui ordinum conuentibus ibidem congregatis, exoratam eſſe, vt à ſuo regno & ditione, exercitium omne religionis, quod a

Catholico, Apoſtolico, hoc eſt Romano diſcrepare videretur, procul amandaret: animaduertiſſe namque, tranquillitatem ac vtilitatem regno ſuo & ſubditis omnibus tum demum adferri, ſi ita factũ eſſet.

Se itaque huic tam iuſtę petitioni ſubſcripſiſſe, quemadmodum Regi Nauarrę & Principi Condęo, cæteríſque nouæ opinionis fautoribus patefecerat, miſſo ad hoc opus Duce Mompẽſerio, & aliis quibuſdam, à quibus nominatim admonerẽtur rogarentúrque, vt Regiæ voluntati concordarent. Ab eo itaque tempore, catholici criſtas erigere multò quàm antea elatiores cœperunt.

Ambertiani odio proſequebantur *du Lac*, & ſi quid detrimẽti ipſorũ Reſpubl. accepiſſet in eum culpam omnem reiectabant: ſatis etiam apertè minabantur, hunc primum fore, in quem faba cuderetur, & ſubinde multa in eum cæteróſque Aruernos tentabantur, Capitanei ipſius Merlęi nullatenus obliuiſcebantur. His minis & apparitionibus excitatus *du Lac* domi ſe continebat, ne ſuorum inimicorum animos grauius irritaret.

Chauagna-

Chauagnacius Yſſodurenſis præfectus;
cũ futura ſagaci animo antecaperet, nec
ſatis munitum eſſe Yſſodurum ad obſi-
dionem tolerandam exiſtimaret, exiguũ
præterea ſibi eſſe numerum militum vi-
deret, cœpit tandem cogitare, qua ratio-
ne poſſet contra hoſtem oppidum iſtud
defẽdere, quod poſtea quemadmodum
paulò poſt dicturi ſumus munitius reddi
dit.

Quod verò attinet ad capitaneum *le
Merle*, is certior factus eorum quæ in O-
xitania fiebant, & edicti illius quod ipſe
rex ad Prouinciarum præfectos miſerat,
datum Cal. Febr. nec multùm abſimile il
li, quod à nobis ex parte diſcriptum eſt,
conſtituit in apertum progredi & Am-
bertẽſium conatus anteuertere, aliorũm-
que Aruernorum, qui indigenarum no-
bilium opera nouas res agitabant. Cum
Yſſodurum veniſſet & Chauagnacio de
liberationes ſuas aperuiſſet, Capitaneis
quibuſdam ac ſtrenuis militibus adiũgit
ſeſe clanculum: & quam potuit fieri dili-
gentiſſimè cũ ſcalas paraſſent 15 Februa-
rij ipſa nocte, aëre præterea obſcuro &
pluuiis operto, Ambertum contendũt,

in vallum deſcendunt, & ad mœnium imam partem perueniunt. Cùm verò muris ſcalas iam iam admoturi eſſent, exauditum eſt murmurillum aliquod ab iis qui excubias agebãt qui etiam ſclipo in eum locum vnde tumultus audiebatur ſemel fulminarunt. Hoc euentu cõmotus Capitaneus *le Merle*, conſtitit illico, conſtiterũt etiam milites, nec tamẽ tantùm potuerunt præſtare ſilentium; quin ſecundò fulmine tormenti bellici impeterentur, cuius ſono excitati ſunt oppidani quantumuis profundò ſomno ſopiti, & tumultuatio tota vrbe exorta eſt, atque etiam ad muros concurſum eſt quòd autem eſſet pluuioſum cœlum, & ingens noctis obſcuritas, ſilerent præterea Merlæi milites, poſtquam per ſpaciũ duarum horarum ad muros vigilaſſent, & in omnes partes circunſpexiſſent catholici, ægre ferẽtes quòd fruſtra è ſomno excitati eſſent, nec licuiſſet veſpertinum vinum cõcoquere (genialiter enim præter conſuetudinem vixerãt quòd ad ueniſſet dies bacchanaliorũ) ſomno ſeſe rurſus dederũt. Cum igitur & opportunò quidẽ expectaſſet Capitaneus le Mer
le

le Chauagnacij aduentum,ſingulari quadam celeritate ſub ipſum diluculum ſcalas muris admouit,confeſtímque muros conſcendit cum aliis nonnullis capitaneis,militibúſque circiter centum, aut centum & viginti.

Magnum hi hoſtium impetum & impugnationẽ expectabant,ſed cùm catholici ſuo vitio par inſidias deprehenſos ſe eſſe viderent,tres duntaxat aut quatuor bombardas in hoſtem contorquẽt(quarum vna grauiſſimè vulneratus eſt Capitaneus qui Merlæum ſequebátur & in ipſo vallo concidit,)poſteà verò de Salute cogitare incipiunt:alij deſcendunt à ſummo muri,alij in ſecretiori ſeceſſu aliquo domicilij latitant deprehenſi ſunt 25 vel ad ſummum 30,vel quòd fuga non poterant ſibi conſulere,vel quòd in ipſis plateis incauti occurrebãt,vel etiam, quòd armis decertare ſeſe tueri videbantur: hi omnes ad vnum occiſi ſunt. Cæterorum verò catholicorum,qui tum temporis in ædibus ſeſe continebant, nullus interfectus eſt.

Ruffæus nobilis catholicus, qui tum erat in ſua arce,quæ dicitur *Rioux*, quæ-

que ab Amberto oppido leuca diſtat, cō mouebatur vehementer ob iſtam Amberti expugnationem verebatur prætérea procurſationes Merlæi, qui tum temporis Ambertum expugnarat, quibus vt obſiſtere poſſet, copias coëgit & anxiè ſolicitauit Sainteranum Aruerniæ præfectum vt ad ſe milites aliquot mitteret quod facilè impetrauit. Multis igitur nobilibus Aruernis & quotquot potuit peditibus ſtipatus, in principio Mēſis Martij, ad portas vſque Amberti oppidi peruenerunt, hoc ſcilicet rati, oppidanos cō feſtim fuga ſibi conſulturos, ſin minùs a expugnandum eſſe oppidum: Sed Cepitaneus *le Merle* vnà cum ſclopetariis aliquot vrbem egreſſus, hos ita excepit, vt ipſis celeriùs ſolito iter faciendum eſſet, eos tamen excepit, qui curru auecti ſunt his ſpectantibus incenſæ ſunt tum temporis Catholicorum villę duę, nec tamen auſi ſunt qui priùs adoriebātur Merlæum, iſtud incendium reſtinguere,

Cum nūciatum eſſet Merlæo, Ruffeū quamplurimos milites conſcribere in pago Marſac, cui tum imperabat quódque non longo interuallo ab arce Rioux diſtabat, ſi-

ſtabat, ſimúlque certior fieret hos milites longariis aliiſque rationibus circummunire ſeſe. cogitans hæc omnia præparato fieri vt Ambertum poſteà obſidione cingi, & omnibus commoditatibus opportunis priuari poſſet, conſtituit ſibi cum copiis contendendum eò eſſe, ad omnimodam expugnationem eorum (ſi fieri poſſet) qui in eo pago erant. Miſit itáque Yſſodurum, qui Chauagnacium eius oppidi præfectum rogarent, vel vt ipſe ſubſidium adduceret, vel ſaltem auxiliares copias quamprimum miteret Huic petitioni Chauagnacius cum tam breui temporis ſpatio ſatisfacere non poſſet propterea quòd catholicorum aliquot ſigna inſequebatur, tantum hominum numerum cogere potuit *de Ruffe*, ſuppetias præſertim afferentibus Saint heran & la Barge, vt Merlæi exercitum duabus tertiis ſuperaret. Merlæus tamen cum Chauagnacio ſuſcepti operis memores vrbem egrediuntur 12 Martij cum quadringentis citciter militibus, quorum alii equites numero centũ aut centũ & vlginti fuēre, reliq pedites erãt, hi multò adhuc diluculo Catholicorũ copias quæ tũ erant

nipage

in pago Marſac:inuadunt, &ruptis longuriis quibus obuallati tenebantur, cædunt quotquot vel in excubiis vel in plateis aut ędibus reperiunt, varia etiam ædificia incendunt, in quibus homines & equi plurimi igne ſunt cōſumpti. Equites verò cum exiſtimarent omnes Catholicorum copias in eo eſſe pago, & omnibus fugiendi facultatem vellent præripere, tripartitò diſtributi militibus pagum cingūt, ſed hac in parte decepti ſunt: trecenti námque equites integri adhuc, & eorum quæ gerebantur certiores ex arce *Rioux* egrediūtur, magnóque cum impetu Chauagnaciū, Merlæum cæteróſque equites inuadunt, qui quòd eſſent in tres partes diſſecti, nullo negotio perfracti ſunt & ad portas vſque Amberti oppidi fugantur. Peditatus intereà qui in eo pago prędę intentus erat, cum pręter opinionem vndiquaque cinctus eſſet hoſtibus, per medium equitatūs recipere ſe non potuit, quin ex oppidis. Amberto & Yſſoyre occiderentur circiter 120 vel 140 milites. Qui ſuperfuerunt reliqui, ob incredibilem ſuorum Capitaneorum fortitudinem egregiè officio ſatisfecerunt,

ac tan

ac tandem Ambertum peruenerunt, integris adhuc Capitaneis vno excepto qui ab hoſte comprehenſus eſt, occiſo etiam Catholicorum militum numero nõ abſimili ſuperiori, idque tum in pago *Marſac*, tum etiam quo tempore coacti recipiebant ſeſe in vrbem.

Nõ multò poſt *de Ruffé* oppidum Ambertum ratus ob detrimentum quod acceperat ita debilitatum eſſe, vt non eſſet difficilis illius expugnatio, *Saintheranum* impulit, vt nobiles aliquos ad regẽ mitteret, qui memorabilem hanc pagi *Marſac* expugnationem ſignificarẽt, & ab eo impetrarent, vt Lugdunenſibus imperaret, vt bombardas maiores & ſclopos vacinatos ad Amberti expugnationem cõcederent. *Ruffaeus* tanta diligentia hoc ipſum curabat, vt duo bellica tormenta maiora, duo minora impetrarit. Coëgit cõfeſtim *S. Heran* Aruerniæ copias & Velaunienſes, duce de *S. Vidal* prouinciæ illius moderatore. Miſit etiam Mandelotius Lugdunenſis agri præfectus & Foteſtiani ... ſigna tria rebus ad bellum neceſſariis inſtructiſſima, & eam, qua vti ſolebat equeſtrẽ copiam. Aderat & ma-

gnus numerus nobilium, qui ſponte eò confluxerant. Copiæ in vnum collectæ, 2000. pedites,& 500 equites conficiebāt. Poſtquam per montes vehenda curaſſēt bellica tormenta quatuor, quæ Lugduno eduxerant, perduxiſſentque ad oppidū vſque *Chayſe Dieu*, quod diſtat ab Amberto quatuor leucis, Yſſodurum, cuius obſidionem moliebantur, exercitus proceres contendere putabantur, ſed Ruffæus, qui Ambertianos oderat, hoc tandem impetrauit, vt bellica tormenta arcem verſus, quæ dicitur *du Lac*, deportarentur. In duas igitur partes diuiſus eſt exercitus, pars altera, Ambertum obſidione cinxit, altera cū bellicis machinis ad arcem contendit 7. Aprilis, ipſo ſcilicet Paſchatis die.

Fuerunt in hac arce, mediocriter ampla & munita 22 milites, quos *du Lac* cum Ambertum vnà cum duce Merlæo recederet, vt arcem ab hoſte tutarentur, reliquerat. Catholici citra omnem concertationem, arcem expugnatum iri exiſtimabant, ſed cùm propriùs accederent ab iis, qui intus erant, obſiſtere parati, ſclopis excepti ſunt. Bellica itaque tormenta in iu-

in iugo montis,ad occidentem vergentis,collocant. vt faciliùs fundamenta arcis quaterent tourmentorum fulmina. Eadem die cùm circa meridiem muros fulminibus petere cœpiſſent, ad horam vſque ſextam perſeuerarunt, intra quod ſpatium III tormentorum fulminibus bonam muri partem,turréſque aliquas,quę intra murum cõtinebantur,diruunt. His peractis Catholici confeſtim ad impetus æſtum concurrunt,ſtrenuè tamen obſiſtentibus,qui arcem obtinebant: vulnerati ſunt tum temporis Catholicorũ permulti, II præterea interfecti,Capitaneus item Catholicus ibidem concidit.

Qui verò arcem defendebant, duos tantùm in hoc conflictu milites deſiderarunt:reliqui numero 20,qui in arce ſupererant ſalui,& incolumes, remanſerunt, Catholicos perterre fecit vehementer iſta impugnatio,ſed veriti, qui in arce erant,ſi denuò tormentis quaſſatus eſſet murus,ipſíque tanto hoſtium robori obſiſterent,ne ilico opprimerentur,arce excedere decreuerunt,quod de nocte factum eſt.Conſtituerant enim primam exercitus cuſtodiam perrumpere, ſi inter-

cluſiſſet iter,ſed ab eiuſmodi labore immunes fuerunt,patuit enim liber aditus, vt quò animus ferebat, tenderent,etiam ſi per arcis portam egreſſi fuiſſent. Horũ pars Ambertum conceſſit,reliqui aliò ſe ceſſerunt.

Poſtera die,qui arcem obſidione cinxerant,cùm diu circumſpexiſſent ac tandem animaduertiſſent arcem militibus vacuam, arcem ingrediuntur primum , poſtea diripiunt ac incendunt: inteſtino tandem odio commoti,quo *du Lac*, proſequebãtur,non aliam ob cauſam , quòd Religionis amore flagraret,& cum Merlæo militaret,muros arcis diruendos curant,& ſuffodendos.

His peractis Ambertum bellica tormenta deducunt, & in ea planicie , quæ eſt meridiem verſus, commodiſſimò loco,cùm ad impetum & obſidionem , tũ etiam ad foſſas deducendas. Obſidionis primordio, treceti circiter & triginta aderant duntaxat qui obſiſtere poſſet, ſed poſtquam aliquot iam dies obſidione cinctum eſſet oppidum , Capitaneus *la Roche* cum 80 circiter militibus,rei belliceperitiſſimis,quos collegerat in *Chaudes*

aigues, aliiſque locis circa montes Aruer nos Ambertum de die ingreditur, ſpectã tibus etiam iis, qui obſidione vrbem cingebant, qui tamen ducẽ hunc, propterea quod Merlæo non eſſe inferiorem fortitudine nouerant, aggredi nunquam auſi ſunt, quanuis infinitis partibus, militum numero ſuperiores eſſent.

Obſidionis ipſius tempore, Chauagnacius primas obtinebat in oppido. Catholici bellica tormẽta in muros cõtorquere incipiũt, decima Aprilis, quę fuit Mercurij dies: cẽtũ & viginti fulminibus tormẽtorum amplam muri partem, quæ ad impetum ſufficeret, diruunt: erant enim muri, in ea parte minùs validi. Subſequẽti die Iouis, maiori cum ardore in muros effulminatum eſt, ducentis & viginti fulminibus petita ſunt mœnia, à quibus etiã creuit muri ruina 300 circiter pedes in latitudinem. Expectabant tum oppidani Catholicorum impetum, ſed fruſtra, poſtera nãque die, vel numero paria, vel certè plura quàm antea fulmina tormentorum in muros immiſſa ſunt.

Die Sabbathi & Dominica, quanuis prohibitum eſſet, interdum tamen hinc

inde fulminabant. Subſequentibus diebus tormentorum crepitus nulli exaudi ebantur, propterea quod abſumpti erant bombardici pulueres, expectabatur præterea aduectus illorum, qui Lugduno aduecturi erant bellicas munitiones. Tãtã eſſe in hoſtili exercitu munitionum penuriam ignorabant oppidani, qui dum metuunt ne agantur cuniculi, contrarios ipſi cuniculos parabant. Interea dicteriis & ſcommatis Catholicos ad impetum inuitabant eóſque vt laceſſerent, & ad oppugnationem ac impetum pertraherent, in longurio, felem viuum cum chirothecis hybernis alligarunt, & ſuper vallo ſimulachra quædam lignea è Catholicorum templis petita adferunt, & ea in vallo ita collocant, vt eminerent. Catholici cùm exiſtimarent milites eſſe, tormẽtis ſtudioſè impetebãt, & ea licet nec vulnera nec terrere potuerĩt, multis tñ ictib. cõfixerunt. Euãgelicis riſũ mouebat hoc factum, & virium inſtaurationem adferebat, Catholicis verò globorum, & bombardici pulueris penuriam: nec tamen his omnibus pertracti ſunt Catholici, vt manus cum oppidanis conſererent.

Oppi

Oppidanis nullæ erant maiores bom bardæ, aliquot tantùm vncinatis ſclopis inſtructi erant, & tormentis minoribus campeſtribus quorum nec multus fuit vſus. ſclopis 12 manualibus egregiè vtebātur, & ſingulis fere diebus procurrebant in hoſtem, aliquos ſemper neci tradebant, vel in cuſtodiam abducebant.

Sed quandoquidem in procurſationum mentionem incidimus, duo hic obſeruanda erunt, quorum prius eſt eiuſmodi eos qui vrbem obſidebant eò eſſe adactos, vt tertia circiter parte circuitus contenti eſſent. quoties enim ſpatium maius capeſsere volebant, confeſtim arcebantur. Alterūm eſt, Capitaneus *le Merle & la Roche* & cum aliquo militum ſuorum numero excurriſſe aliquādo in hoſtem, viginti quinque ex hoſtibus occidiſſe, multos grauiter vulneraſſe thoraces octodecim, parmas ſex galeas, & catapultas aliquot, vexillum etiam copiarum *de S. Vidal* in vrbē aſportaſſe. Accidit etiam hoc eodem tempore, quod ſurda aure nequaquā prętereundum eſt, vt quinque inter cæteros milites Catholicos maximè ſtrenuè vexillum hoc ab

hoſte detractum inſecuti ſint, & vſque ad portas oppidi vnà cum victoribus pręda onuſtis peruenerint (quo fato iſtud factũ ſit ignoramus vinóne ſuperati an verò aliena mente fuerint.) Oppidum iamiam ingreſſuri, & agniti ſunt, & quatuor confeſtim interfecti, quintus cuſtodibus permixtus thoracem induerat, ſed hũc milites, qui fortè aduenerant cùm agnouiſſet occiderunt: quoties autem procurrendũ erat in hoſtem, magnam ſemper laudem reportabant Capitanei duo, quorum antea mentionem fecimus, maximè verò *le Merle* qui enſe ambabus manibus comprehenſo viriliter confligebat; nobiles Capitanei ipſique milites officio ſuo ſatisfaciebant.

Poſteaquam bellicas munitiones Lugduno accepiſſent Catholici, murorum rurſus labefactationem moliuntur, auectis, Orientem verſus, duabus bombardis maioribus; vt portã fori eruerẽt: priùs enim fulmina tormentorum verſus portam contribulium direxerant tantùm. Fiebãt etiam hæc, vt ad latera eius ruinę, quæ prima fuerat, commodiùs fulminarent, & quamuis obſtaret propugnaculũ

in

in oppidi angulo extructum, profuit nihilominus machinas bellicas in iſtum locum auexiſſe, nam intra triduum diſiecta eſt muri pars pro voto, in latitudinē 1000. paſſuum. Sed vixdum conciderat murus, cum iam oppidani in interiore parte foſſas duxerant, inter quas nonnullæ fuerunt eius magnitudinis, vt etiam in ſumma muri ruina poſitos hoſtes poſſent ab ingreſſu prohibere. Cæterùm vt dictum eſt antea, obſidione cinctis fœliciter ſuccedebat minorumbombardarū vſus. Inter eos, qui hoc genere tormenti interempti fuere, referendus eſt potiſſimum *de Chattes*, qui ſummo imperio præerat peditatui, *de S. Vidal* tum præfecti Velaunienſium. Catholici contra infinitas quaſi eiaculari bombardas obſidionis tēpore, vnicum ex oppidanis vulnerarunt.

Cùm iam puderet Catholicos, qui vrbem obſidione cinxerant, maiorem murorum ruinam tormentorum fulminibus moliri, quippe quę ſatis ſuperque eſſet ampla: viderent prӕterea conſumptos pene tormentarios pulueres, recētes, etiam aduentaſſe ducentos quinquaginta Picardos, 21 Aprilis cum hoſte confligendum

eſſe conſtituunt. Primam aciem efflagitant Picardi, expugnationē iactant, Merlæum denique, qui nihil ab ipſis metuebat incautum prodere cogitant, non ſine turpi temeritatis ſuſpicione. Summo itaque manè, 23 Aprilis, ad meridiem vſque fulminibus impetita ſunt mœnia, ac cinxerūt ſe ad impetum Catholici, in frō te Picardi conſtituūtur, qui ſūma celeritate ad muri labefactationē forum verſus contenderunt, vt propugnacula duo, quorum alterum inter vtrāque muri ruinam extructum fuit, occuparēt. Horum Antesignanus alterum iam ferme ſuperarat, ſed ecce tāto impetu cum cæteris qui ſequebātur frequentiſſimis fulminibus exceptus eſt, ignibus ad hoc paratis, lapidibus, globis æratis, & haſtis, vt pauci ſuperfuerint, qui poſſent commilitonibus ſuis abſentibus, quæ tum temporis accidiſſent, referre. In ipſo vallo bona pars, extra vallum plurimi conciderunt, qui ſequenti nocte à Catholicis ſepulti ſunt omnes. Verſus Meridiem, nō procul à prima muri labefactione, vexilla tria vel quatuor cum multa Catholicorum manu, ſucceſſerunt aliquatenus ad mu-

muros,nec tamẽ vallũ deſcenderunt.Cũ enim armis arcerentur magno impetu , aceruatim profugiebãt,& paſſim interficiebantur aliqui ab oppidanis. Verſus Septentrionem,militũ ſigna duo,muris ſcalas admotura videbantur, ſed frigidè res gerebatur,vix enim ſcalas oppidanis conſpiciẽdas exhibebant certò certiores adeſſe manus hoſtiles, à quibus exciperentur.Hanc ob cauſam maturè ab incepro deſtiterunt.

Catholici poſtera die non amplius ad impetum reuerti,ſed de diſceſſu cogitãt, ac tãdẽ 25 Aprilis,quæ ſecunda erat dies ab vltimo conflictu,Ambertũ relinquũt & in varias partes ſecedunt, cùm nihil niſi ruſticos vexaſſe, & in ipſa obſidione,in qua octingenties ferme tormentorum fulminibus petita ſũt mœnia, multos ſuorum interimendos curaſſe dicerentur. Ipſameti mpetus die,tres duntaxat oppidanorum deſirati ſunt , quorum duo in ipſo vallo animam profuderunt , tertius obiit poſt aliquot dies. Et quanuis oppidani equites atque etiam pedites ſæpius in hoſtem procurrerent,tamen non plures quàm octo interfecti fuerũt , aliique

nonnulli qui vulnerati erant, conualuerunt poſtea.

Cum primum obſidione ſolutum eſſet oppidum, Capitaneus *le Merle* gratias agit Deo, quòd ab hoſte liberata ſit ciuitas, & cum quatuor aut quinque comitibus, Mariacum, cuius adminiſtrationem obtinebat, concedit. Capitaneus *la Roche* ſuos milites integros adhuc a *Chaudes aigues*, reducit. Commorantur hi aliquot dies in oppido *Yſſoyre*, ad quod & Chaua gnacius non multò poſt obſidionis ſolutionem rediit, vt negociis, quæ ſeſe offerebant, prouideret.

Eo tempore, quo cinctum eſt obſidio ne Ambertum, Dux Alẽconius cum ma gno exercitu obſidere cœpit vrbem Charitium, & hanc citra vllam oppugna tionem Calend. Maij in deditionem recepit. In Aruernia aliiſque locis, contraria iis quæ euenerant, ferebantur, quibus libẽter Euangelici aures commodabãt. Catholici interea falſis rumoribus Euangelicorum animos paſcebant, vt incautos commodiùs opprimerent, Yſſodurẽſes potiſſimum, quos decreuerant poſt ipſam Charitij oppugnationem, peſſundare.

dare. Ad hoc ipſum excitabatur ab Aruerniæ Catholicis Dux Alenconius, ab iis præſertim, qui Claro montium habitabant, & Yſſodurum, à quibus nominati duo, Antonius *Ciſterne* oppidi iudex, & *Michel Charrier* procurator in aulam miſſi ſunt vt optatis fruerentur.

Dum igitur ad Regem & Reginam matrem, vt noua accipiat conſilia contẽdit Dux Alenconius, iſti, quorum mentionem fecimus, obliti eorum, quæ cauta erant edicto, ad cuius corroborationem oppidum *Yſſoire* tanquam obſes in Euangelicorum poteſtatem venerat, obſidione vrbem cingunt. Sed priuſquam obſidionis huius diſcriptionem ſubiiciamus quæ tum fuerint gubernatores oppidi, ipſorúmque incolarum conſilia, & deliberationes, aperiamus.

Antequam obſidione cinctum eſſet Ambertum, Chauagnacius tum temporis Yſſodurenſium præfectus, cùm non ignoraret quàm multas copias poſt Charitij expugnationẽ paratas haberet Dux Alenconius, quibus Yſſodurenſes opprimere intebatur, mittit ilico ad Regẽ Nauarræ Benedictum *de Liceſſon*, qui pan-

nos Yſſoduri tōdere ſolitus erat & miles alioqui ſtrenuus erat: hujus opera, Regi rem totam aperiebat, commodū præſidium poſtulabat. Dum hæc gerūtur (vt ex ſuperioribus conſtare poteſt) Capitaneus *le Merle* Ambertū occuparat: Chauagnacius item, opportuno ſitu loci permotus, tum etiam quod videbatur æquū eſſe, vt qui in eo erāt oppido, incolumes conſeruarentur, cum aliqua militum manu, oppugnationis tēpore aderat, & poſtquam ab hoſte, hoc idem oppidum defēdiſſet, aliquot dies in eo permanſit, vt inſtaurandas curaret murorum ruinas futuríſque proſpiceret. Hęc in principio Maij gerebantur. Cùm autem certior factus eſſet iniunctum eſſe copiis, quæ non procul à Charitio aberant, vt in Aruerniam contenderent, Yſſodurum, cuius adminiſtrationem obtinebat, profectus eſt, & diebus aliquot primos Regis ſtipatores anteuertit qui ſparſi variis rumoribus perſuadebant nihil metuendum eſſe Euangelicis, commorati erant hi quatuor vel quinque dies in iis locis, quæ ab Yſſoduro oppido, itinere vnius diei diſtant. Sed cùm de Yſſodurenſi obſidione minimé dubitaret Chauagnacius, animad-

uerteret etiam Ambertum non ſatis munitum vt Regio exercitui obſiſteret, Ambertianis præcipit vt Yſſodurum ſeſe recipiãt. Egreſſi ſũt itaque de nocte 19 Maij quæ erat Dominica dies, trecẽti circiter equites fere omnes, & Yſſodurum peruenerunt die Lunæ ipſo mane circiter ſextam.

Vix dum duæ vel tres horæ præterierant ab horum aduentu, cùm prima exercitus Regis acies Claromontium verſus apparere cœpit, quarta ſcilicet vel quinta hora ſub veſperam. *de Labourie* Chauagnacij, ſubcenturio, centum circiter militibus aſſumptis, ex eorum numero, qui in oppido, dies aliquot quieuerant, quorum alij equites, alij pedites, erant, in copias aliquot Catholicorum irruit, & per duas horas bombardis confligit. In eo cõflictu vnicus oppidanorum occiſus eſt, tres vel quatuor vulnerati qui non multò poſt obierunt. Catholicorum duplò plures eo in loco conciderũt, multi etiã vulnerati fuere. Hac die duntaxat procurſationes factæ ſũt in hoſtem quod mirum videbatur nonnullis, quia conſtabat hoſtẽ caſtra metari, foſſas ducere, vt cõ-

modiùs

modiùs muris ſuccederet , & tormenta commodo loco collocaret,reliquam interim partem exercitus,quæ pedetentim aduentabat, expectaret.

Hæc autem priuſquam eueniſſent, Benedictus ille Liſeſſonius,cuius ſuprà mentionem fecimus,qui à Chauagnacio ante aliquot dies, ad Regem Nauarræ miſſus erat,cum literis reuertitur. Rex præſidium ſufficiens breui ſe miſſurum pollicebatur. Referebat etiam legatus hic, Bironium de pacis cõditionibus cum Principibus agere:principes ipſos, ab his conditionibus non abalienari, quandoquidem nullos milites nouos conſcriberẽt, conſueta tantùm cuſtodia vterentur. Aiebat prætereà, vana eſſe que de Yſſodurenſium oppugnatione ferebantur. Sed cum iam experientia conſtaret oppugnatum ij hoc oppidum, hic idem Benedictus,vt ſubſidium accelerarer,poſt quatuor aut quinque dies, ad Regẽ remittitur. Verùm,ex eo tempore, non amplius de illo quicquam auditum eſt, quonam profectus ſit, vel quis illius finis fuerit ignoramus.

Circa vigeſimum quintum Maij Alẽ-

conius

ab aula rediens ad caſtra Yſſodurenſia appullit. Sequenti die ducibus, Guiſio, Mercurio Niuernẽſi & Aumalio, multiſque aliis ſecum aſſumptis, vrbis muros recognoſcere voluit. Exinde ad vrbem tribus locis appetendam regiones diſtributæ ſunt: quarum prima Guiſio, Mercurio alia, tertia verò Niuernenſi obtigit.

Vrbs Yſſodurum Claromontio, aliíſque inferioris Aruerniæ opulẽtis vrbibus vicina, figura ferme erat orbiculari, lõgitudine & latitudine mediocri: in cuius medio iucũda & ampla erat area, inſtruendis militibus valde accommoda: vbi ante obſidionem ſingulis diebus Sabatthis frequens habebatur emporium. A meridie Briondam verſus, mœniorum radices pręterfluit Couſa amnis, qui exinde in vrbẽ ab illius incolis, per alueos ad mittebatur. Ibi mediocre commercium exercebatur, tùm quòd loci ſitus commodus ſit, ęquus, & fœcũdus: tum etiã quòd circumiacentia vrbis loca, ob magnum oppidorum, prarorum hortorum, agrorũ & vinearum numerum non tantùm aſpectu iucunda ſint, ſed etiam maximè opulenta.

Ante Caritianam obſidionem,in vallanda & munienda Yſſoduro,praua quorũdam conſcientia (eorum præcipuè qui hoc opus ſuſceperant) malè proceſſum fuerat: qui licet de ſumma quæ Oppidanis indicta erat.nihil decedebant,rem tamen omnium ignauiſſimè gerebant.

Quin etiam dum Caritium obſideretur, parum adeò,quæ in illa obſidione gerebantur,comperta& explorata habebãt Yſſodurenſes(in multorum enim ſermónibus, ab obſeſſis, quinque iam impetus exceptos fuiſſe,ac eos in hoſtes non infœliciter ſæpius erupiſſe, credebant) vt nunquam ſe obſeſſum iri exiſtimarent. adde, quòd Catholicorum exercitum in Aquitaniam proficiſci ferebatur.

Vrbis tamen præfectus,qui rem ipſam eminus proſpiciebat quorundam Capitaneorum conſilio,locis minus validis muniendis,ſedulam nauabat operam eóque laborem ſuum,viri non ſolùm,ſed etiam mulieres ipſæ,noctes & dies conferebant. Cæterùm pauperum operariorum mercedi etiam prouidebatur. *Merula* Capitaneus,iam antea eorum aliquid fieri curauerat. Foſſarum crepidines

nes optimæ quidem, ſed multis locis im perfectæ: qualeſcunque ipſæ foſſæ: murus non adeò validus. Intus quidem vtiliſſimæ ductæ fuerant foſſæ: ſed tormentarij pulueris non multùm, tormentorũ verò nihil omnino, niſi forſan campeſtre quoddam colubrum imperfectum, & tormentulum quoddam, cuius globulus oui magnitudinem æqûare poterat (quorum tamen rarus, aut nullus omnino fuit vſus) quibus etiam ſi abundaſſent, ob pilarum & aliarum munitionum inopiam, minimè ab ijs iuuari poterant. Rei frumentariæ ſatis illis ampla ſuppetebat copia, licet primo ſtatim die, aquas (non ſine quorundan militum ſuorum iactura) obſeſſores auertiſſent: moletrinas enim & farinas, in vrbe habebant.

Quingenti circiter milites Yſſoduri cenſebantur: nonnulli præterea Capitanei, & nobiles quidam, quorum nomina hęc ſunt, *De L'aborie*, præfecti legatus, *De Iarnoſſes, Lafouillouſe, Montagnat.* & *du Lac.* Capitanei verò erant, *Montredon*, *Pageſy*, & *Puyiolaſſe* Aderant inſuper incolæ quidam & oppidani, qui vno omnes animo, ad extremum halitum, ſe vrbémque

ſuam tueri conſtituerant. Qua in re, ſedulus ante alios erat Cauagnacius, qui alijs & publicè & priuatim animos faciebat, & erigebat: qui etiam ante vrbis oppugnationem, cùm ad deditionẽ vocatus eſſet, ingenuè reſpõdit, ſe eam vrbem, quam eiuſmodi, (quarum antea meminimus) conditionibus cuſtodiret, minimè dedere poſſe, eo præſertim nomine, quo obſeſſores, vim pacis edicto facientes, eam repoſcebant.

Vrbis igitur partes, Capitaneis & Nobilibus, tũ ad promouẽdas munitiones tum etiã milites inſtruendos, diſtributæ ſunt.

Yſſodori portę tres omnino erant: quarum prima, ob lapideum quendam ponticulum, quem Couſa ſubterfluit, Pontina dicebatur. Porta hæc ad meridiem ſpectabat, ad occaſum, Beſſam verſus, porta erat alia *Du pontè* dicta. Tertia verò verſus Claromontium, *Barbijeau* dicebatur. Porta *Du pontè*, cum alia quadam portula, iam multò ante obſidionem obturata fuerat: duæ reliquæ ad obſidionẽ vſque patuerunt. Pontina quidem eò accuratius aſſeruabatur, quòd in ponte, obſeſſores, duabus turribus, & totidem

duabus

duabus turribus,& totidem ædibus terra oppletis,aggerem extruxiſſent.

Alenconij exercitus, tribus circiter ſclopetariorum Gallorũ millibus, mille & quingentis Sueuis peditibus, equitibus totidem conſtabat. Aderant inſuper ſpontanei qui dicuntur, & Aruerniana Nobilitas. Prętereaaduentu ſuo, Buſſyus Ambuſianus, mille & ducentis inſtructiſsimis ſclopetariis,exercitũ auxit: ſed poſtremi iſti,quia ſeriùs appulerant, non pugnarunt.

Ex tormentis nonnnulla ſuper rupe quadam, nomine *Rochevou* quæ ab vrbe 1000 paſſibus diſtat, primùm collocata ſunt. Ex quo loco,tribus ſtatim poſt primæ aciei aduentum diebus, vrbis muros tormentis ſuis impetere cœperunt. tormentorum autem pilæ erant quadraginta librarum pondo.

Poſtquam vniuerſæ copiæ confluxiſſent ex illa rûpe,tormenta 8, aut 10. numero,à pontis verò parte quatuor maiuſcula veluti cũctanter,cõtorſerũt. Quod oppugnationis genus à diluculo inceptum, per octo,ante, & poſt Pentecoſten, dierum ſpatium, tenuit.

Rurſum portæ pontinæ oppugnatione relicta, locum quendam, *Le Coffin* dictum, vbi piſtrinum quoddam ſitum erat, veluti per latera appetunt. Ac licet murus non adeò validus eſſet, eum tamé aggeribus, & viminibus terra oppletis munierant obſeſſi, vt tandem partem illam hoſtes deſerere coacti ſint ac ſe ad portam illam quæ *Du pontè* dicitur, qua parte, platea quædam *Moleriana* dicta patebat, conuertere.

Obſeſſores eo in loco mediocrem extruxerunt aggerem; vbi ſex aut ſeptem tormenta collocarunt. Niuernenſis dux partē illā, quæ Claromontiū verſus ſpectat, obtinebat, Guyſius inferiorem aliā dextrorſum, tertiam verò dextris itidem proximè pontem Mercurius occupabat.

Interea dum muris ſuccedere, & foſſarum crepidinem occupare conantur, Capitaneos quinque aut ſex, numero, Nobiles nonnullos, milites verò circiter 140 amiſerunt. Ex obſeſſis perpauci deſiderati ſunt, magno quippe ſtudio, foſſis ſe & aggeribus protegebant: qui ſanè, ſi vel aliquot campeſtribus tormētis, aliiſque eiuſmodi munitionibus inſtructi fuiſſēt,

& tempus,& viros ſuos fruſtra impendiſſent obſeſſores.

Foſſa verò tandem ab illis occupata, vſque ad nonum Iunij diem, adderſus vrbis propugnationes & munimēta fulminare coeptum eſt: ac toto illo tēpore, nimirum abuſque Obſidionis initio ad aggreſſus diem, mille & ſexcenti tormentorum eiuſmodi globi, fulminis inſtar contorti ſunt: quorū ruina, ex obſeſſis nonnulli, detrimenti nonnihil acceperunt, nominatim verò Chauagnacius, qui in capite, renibus, & pedibus vulnus grauiſſimum accepit, dum ad propugnaculū quoddam reſarciendum feſtinaret: ex quo vulnere, vſque ad vrbis expugnationem æger in lecto decubuit.

Paucis ante aggreſſum diebus, cùm templi ſpeculam conſcendiſſent *Du Lac*, & *de la Fouilhouſe*, vt inde obſeſſorum geſtus conſiderarent: repentinum decidit fulmen, cuius vel ſolo ſpiritu, *Fouilhouſe* eſt interemptus: quanquam nulla in toto illius corpore læſio reperta ſit. *Du Lac*, verò exanimis proſtratus eſt, nullo tamē vulnere affectus ita vt paucis poſt diebus, priſtinam recuperarit valetudinem, ac

cum aliis, pugnæ interfuerit.

Dominica die quæ erat Iunii nona ſtatim diluculo ex tribus variis locis cum octodecim tormentis tantùm (quanuis plura haberent) inſtaurata eſt oppugnatio omnium quæ hactenus ſuſceptæ ſunt ſæuiſſima & atrociſſima: eo enim die, mille, octingenti & ſexaginta tormentorum crepitus numerati ſunt.

Circa quartam veſpertinam, conſiliũ à Catholicis captum eſt, vt quàm proximè quiſque poſſet murũ ſubiret, vt eo pacto, paulatim ſine prælio, promouerẽtur.

Ampliſſima erat tribus locis muri ruina: quod efficiebat, vt obſeſſores exiſtimarent, obſeſſos tandem ad deditionem venturos eſſe, præſertim cùm ſe ita vndique appeti viderent.

Verùm ad propugnandum ſtrenuè ſe obſeſſi accinxerunt, ac capitaneis, *Monredon, Puyiolaſſe, & Pageſy*, qui & ipſi Nobilibus, & ſtrenuis militibus ſtipati erant, diſiecti muri partes diſtributę ſunt.

Obſeſſores verò, quà patebat facta à Duce Guyſio ruina, pernoctãdi tantùm gratia contendunt, ſed is fuit nonnullo

rum

rum nobilium ardor,ea impatientia, vt ad foſſas etiam vſque excurrere auderēt. Quorum pręcipui,erant, Turnonius, Vicecomes de Tauanes & Buſſyus iunior, non exiguo comitatu fretius aliis in locis pari tenebantur ſtudio, vt vix contineri poſſent quin ad muri faſtigium conſcenderent. Hoc modo in duabus illis muri partibus à Guiſio & Mercurio diſiectis, acriter admodum ab obſeſſoribus,ab obſeſſis verò accerrimè pugnatū eſt: qui ſanè obſeſſi militaribus officiis ſtrenue defuncti ſunt præſertim cum tantæ copiæ tantís armis inſtructæ, trium horarum ampliùs ſpatio eſſent ſuſtinendæ.

Acerrimum illum aggreſſum protinus à Niuernenſis militibus alius ſequutus eſt,qui per ſeſqui horam viguit. Obſeſſores quandam tātùm turriculam quæ muro propinquia erat,non procul à porta *du Ponté* in ea quam Guyſius diſiecerat. parte obtinuerunt priùs tn̄ interfectis 100 aut 140 inſigni nomine nobilibus, qui ibi occubuerunt,viginti ampliùs capitaneis, ac ex totius exercitus pręſtantiſſimis,militibus quadringētis. Obſeſſi verò circiter centum & quinquaginta viro

rum iacturam fecerunt:qui ferè omnes, tormentorum (quę per interualla fulminabant) ruina occiſi ſunt. In quibus, Capitaneus *Puyiolaſſe*, cenſetur, *Iarnoſſes* nobilis adoleſcens, ſtrenuus, & maximo religionis zelo affectus. Vulnerati verò nō pauci. Non hic eorum qui ex obſeſſoribus, occubuerunt catalogū inſtitui, quia nec nomina exactè tenerem: nec ſi tenerem ad inſtitutum noſtrum & quicquā hoc conferre poſſet. In quibuſdam libellis Lugduni editis recenſentur quidam, qui ante, & poſt egreſſum obierunt: ſed quia de obſcuris tantùm, & minus notis mētionem faciunt, ac eiuſmodi, quas vocant veras narrationes, mendaciis & calumniis referre ſūt, his tantùm quæ à quibuſdam Catholicis, qui rebus illis geſtis interfuerunt, comprobantur, inſiſtemus. Ij Catholicorum magno numero ſaucios quòd attinet, pauci inualuerunt. ſed maxima eorum pars in Aruernia periit: nominatim verò *d'Allegre*, qui poſtquam in foſſa quadam, vulnus accepiſſet, domi ſuæ, adeóque in ipſo lecto pugionibus confoſſus eſt.

Obſeſſorum verò ſaucii, omnes pene

in ipſo

in ipſo vrbis incendio aut occiſi ſunt, aut flammis abſorti. Ad ſequentis diei veſperum, nondum deſinentibus tormentorũ fulminibus, ea parte, qua murus diiectus non fuerat, nobilis quidam nomine *Friſſonnet*, cum Autheratio, & aliis quibuſdam apparuit, qui Montredoniũ ſe velle dicebant, quia priùs hora circiter decima *Fargy & Friſonnet* de muro compellauerat. Accerſito igitur Montredonio, ad mittendum eſſe colloquium, conſtitutũ eſt. Obſeſſi tormentorum Catholicorum ruina multum detrimenti accaperãt. Obſeſſoribus verò, magno, turricula illa quã occupabant, conſtabat. Itaque exiſtimãtes, vniuerſum ſe tandem exercitum profuſuros eſſe, ſi denuò tanta militum iactura, turriculam aliam quandam emerent militibus ſuis conſultum eſſe voluerunt. Itaque Bryonius, Caſtrorum pręfectus *de Ruffé & d'Auterat* cum Montredo nio, & aliis quibuſdam. prope piſtrinum quoddam colloquuti ſunt.

Cùm verò diei ſequẽtis diluculo, ad colloquium rediiſſent, ac vrbis dilecti ab illis quæſiiſſent, quibuſdam cõditionibus ab Alençonio exciperentur, reſponde-

runt,Alenconium cupere,vt ad ſe ſtatim ex vrbis delectis nonnulli accederent. Quod Alenconio minimè denegatum eſt. Maij & *Sainct Aigue & Buyſſon* ſe in Ducis tentorium contulerunt: ſimúlque eum obſecrarunt,vt cum obſeſſus leui aliqua conditione ageret,eóſque ſaluis vita & fortunis dimitteret. Ille verò nullā aliam obſeſſis conditionem, quàm arbitrium ſuum, ſe propoſiturum reſpondit ſibíque intra duas horas eorum conſiliū referri imperauit. Nobiles aliíque nonnulli,qui cum eo erant,delectis illis eam conditionem,qua accepti fuerant Caritiani,proponebant.Sed hîc multum erat diſcriminis. Caritiani enim Alenconio minimè obſtiterant: Yſſodurenſes verò in loco deteriori minúſque munito conſtituti, exercitus Catholici ſtrenuiſſimos quoſque de medio ſuſtulerāt. Nō igitur mirum erat,ſi certam ſibi cōditionē proponi cuperent: quippe qui nullo adducebantur argumento, cur ſe illius arbitrio committerent,qui tam ſubitò ſententiā, ſermones,& mores mutauerat.In vrbem nihilominus cum eiuſmodi reſponſo ſe receperunt: ac elapſo duarum hora-

dato ſpacio:miſſus eſtrũ Montredonius
ad Bryoniũ & Autheratiũ,qui eos Cha-
uagnacij nomine rogaret , vt breuius il-
lud ſpacium obſeſſis datum, ad conſiliũ
capiendum protogaretur.Tandem mul
ta contentione habita poſtquam Authe
ratius Alenconium adiiſſet.in vrbem in-
greſſus eſt:ac Chauagnacio qui in lecto
decumbebat oſtendit,non eſſe , cur in
loco adeò inualido ſe diutius conſiſtere
poſſe,exiſtimarent Alenconij manſuetu
dini.& clementiæ ſe potius committe-
rent:ſub illius ſermonem & fidem(cuius
luculentum erga Caritianos exemplum
conſtabat ſe reciperẽt. Quibus omnibus
Chauagnacius multis & appoſitis verbis
ſed fruſtrà reſpondit.Demúm Authera-
tius Alenconij nominum totam illã no-
ctem obſeſſis cõceſſit,vt in ea conſilium
inirent,& ſequenti ſtatim diluculo ſen-
tentiam ſuam ſignificarent. Confidebat
interim Chauagnacius,ꝑ Bryoniũ & Au
theratiũ , vocis *Arbitrii* interpretationẽ
haberi poſſe:vt hoc pacto,obſeſſoriũ ſalu
ti & famæ conſuleretur.Mõtredonius i-
gitur.q̃ primũ dies illuxit ad Bryoniũ , q
cũ mediocri militũ manu.reſpõſũ expe-

verò vno momento, ab hoſtibus ſuis vrbs tota occupata eſt, cuius horrenda populatio eodē die circa meridiē occœpit. Vniuerſa illius bona direpta ſunt: ſuppellex venū ijs expoſita, qui vndique eò cōfluebant, vt cū iſtis expilatoribus rem & quæſtum facerent. Nundinationes verò eiuſmodi, vt plurimū iuxta murorum ruinas exercebantur. Argenti facti, muliebrium mundorū, & ornamentorū & hoc genus ſimilium Nobiles præſtantiorem partem abſtulerūt opimámque ex ijs prædam (ſiquidem vrbs ea ſatis opulenta erat) reportarunt. Vrbe ita bonis ſuis ſpoliata, ſub Mercurij veſperū, nōnullis ædibus illatus eſt ignis. Tota illa nocte, ſequēti que Iouis die, adeò flammę inualuerūt vt à tanto incendio, nulla domus immunis relicta ſit, exceptis validioribus quibuſdā muris, quos ignis vis abſumere nō potuit. In eiuſmodi flammis ducenti amplius infantes cōſumpti ſūt, prętere a ſaucij omnes, qui erant in xenodochio, & nonnullæ mulieres.

Viros quod attinet, Chauagnacio, eius vxori, & liberis data eſt vita ac poſtquā pollicitus eſſet ſe aduerſus Regem nun-

quam ſumpturũ arma, Domum ſuam di miſſus eſt. Mõtredonius,& Buyſſon Chauagnacij ante ſignanus, ab Alenconio, in eum qué poſtea dicemus, finem, ſeruati ſunt. *Du Lac* aliique milites & ciues capti ſunt. Qui pecunijs ſe redimere poterant. mitiùs tractabãtur: qui minime poterãt, diris modis accipiebantur. Alij ſe tandẽ Alenconij copijs iunxerant: alij quocũque tandem modo, fuga ſibi conſuluerũt Qui ſoluendo pares fuerunt, amicorum ſuorum opera euaſerunt: ac ſeſe in dies quò poſſunt, proripiunt. Alij in ipſa fuga cæduntur: alij qui ſe pretio redemerant, ab inimicis ſuis ſedato ſanguine, prodito rie interfecti ſunt.

Nonnulli ſed numero pauci à militibus catholicis dum in vrbem ingrederẽtur occiſi ſunt: nonnulli alij ſauciati, in quorum numero cenſetur quidam Miniſter nomine Berimgerius, qui in oppugnatione, ſclopeta ictus eſt. Vrbis præfectus legatus *Laborie*, *Gonon*, *Bonnet* conſul, & mercator quidã opulẽtus, nomine *Sainct Aigue* ad arborem quandam, non procul à chartarijs quibuſdam officinis, ſuſpenſi ſunt. Miniſter etiam quidã alius *Du pre*

captus &

captus & ſuſpenſus eſt ac ſtatim in ipſo patibulo veſtibus ſpoliatus. Carolus Veã la, qui cõſiſtorij ſenior fuerat, itidẽ ad arborem inimici cuiuſdã inſtigatione, qui illius domũ diripiendã prodiderat, ſuſpẽſus eſt. Duo præterea alii, Guillelmus ſcilicet Seruy, & miles quidã *Deré*, eodẽ ſupplicio affecti ſunt. Mulierũ, & puellarũ ingẽs erat copia: quarũ nõnullæ quæ ſe in ſecretioribus ædiũ partibus abdiderãt, cũ tãta ignominia à militibus acceptæ ſunt, vt ſępius impuri illi & ſceleſti nebulones in vnã & eandẽ irruerẽt. Vbi verò eas ſpoliarãt, ad caſtra deducebãt. Nõnullæ aliæ quæ in domo quadã latebant hoc modo tractatæ ſunt. Catholici duabus quibuſdã ædibus, quæ domui illi, in qua latebãt mulieres, erant proximæ ſuperiori Iouis die circa prandiũ, ignẽ intulerãt. Ex illa igitur domo pauperculæ mulieres in quoddã areæ tectũ, & ex tecto in plateã deſilire à militibus cogebãtur, ac cũ horrendis & barbaris militũ plauſibus & ludibrijs exceptæ, in equitũ præcipuè tentoria abducebãtur, in quibus tẽtoriis ſequenti nocte, ab impuriſſimis illis mõſtris conſtupratæ ſunt. Paulò ante eòdem

ingens alia caterua cũ miſerandis adeò eiulatibus abducta fuerat, vt ex militibus etiã multi, ſociorũ ſuorũ feritatẽ execrarentur, ac fateri cogerentur, Deum aliquãdo, tantæ impietatis pœnas repetiturũ. Quæ verò in Chauagnacij hoſpitium ſe receperant, quũ ibi per diem & noctẽ mãſiſſent, propter, ignẽ ædibus illis illatũ exire coactæ ſunt: ita tamen, vt quia incẽdium non prius aduerterant, quã exarſiſſet, per ianuã (niſi paucæ admodũ) egredi non potuerint, ſed per feneſtras, præcipites ſe dederint aliæ: aliæ verò à quibuſdã Nobilib. catholicis ꝑcipitatæ fuerĩt qui ne infãtib. quidẽ, quos ſecũ miſellæ illæ habebant, pepcerint. Quibuſdã & mulieribus & infantibus exitioſus fuit eiuſmodi deſultus: Nõnullę pręterea aliæ tũ matronæ tũ puellæ in incẽdio perire, potius quã ſe illis cõſtuprãdas cõmittere maluerunt. Quotquot verò in vicis cõparebãt, aut eodẽ momẽto & publicè violabãtur, aut in domos abducebãtur, aut per vrbẽ, paſſis capillis, laceriſque veſtibus raptatæ in caſtra deducebãtur. Ac quo maiori ignominia afficerentur, per diſiectã eã muri partẽ egredi cogebantur, in qua mini-

ſtrũ *Du pré* ſuſpẽſum,& nudũ,nõ abſque infandis ſui & illius Ludibriis conſpicere iubebãtur.Quidã fortè nobiles formoſiſſimas quaſque militibus eripiebãt, ac in Alẽconii,Niuernenſis,& Guiſii cõſpectũ adducebant.Reputet quiſque apud ſe,q̃ ab illis honorificè exceptæ fuerint. Inde verò,poſt ſeſquihorã, nõnullæ(nõ omnes quidẽ)à quibuſdã nobilibus in locũ *Brau* dictũ deductæ ſunt : ex eoq; loco ſolis in dutæ induſiis in villa quãdã ſe receperũt Aliæ à militibus huc & illuc diſtractæ, eorũ manus nõ prius effugerũt,q̃ indictã ſibi mulctã(ſi poſsẽt)perſoluiſſent.Matres quædã,vt filiarũ ſuarũ pudicitiæ conſulerẽt, multã pecuniæ ſũmã militibus offerebãt:ſed ne virgines quidẽ illic ideo illato ſtupro im̃unes erãt.Ex illis nonnullæ triũ plus mẽſiũ ſpatio, huc & illuc raptatæ ſũt & abductę,nec dum etiam hodie eorum vnguibus omnes ereptæ ſunt.

Quæ in locũ *Brau* dictum deductæ fuerant ſibi per aliquot dies abſque vllo victu manſerũt, nullus.n.reperiebatur qui vel panis fruſtulũ (niſi fortaſſe illius loci dñs qui ſemel, aut iterũ nonnullos panes illis porrigi curauit) largiretur:nullus ea

rũ cõmiſeratione tãgebat:ſed potius in illas modis omnib. ſæuiebatur. Saxis denique miſellæ illę indignis & obſcenis verbis petebantur, & inceſſabantur, vt licet dira fame præuenirentur, nec illis quod ederent aut biberent ſuppeteret, illinc tñ egredi non audebant, ne trucidarẽtur Milites verò ad eas noctu accedebant: ibique tetra adeò & infanda facinora admittebant vt ea, nec ſcribere, nec ſine ſũmo dolore & luctu, ob horrẽdũ adeò in Galliã & iudiciũ, recordai poſſim. ¶Catholicæ Yſſodurẽſes, interdiu illas adibãt, à quibus ſi quid illis veſtiũ eſſet, auferebant. Ac cùm ibi illæ ipſæ, Euangelicos duos qui ſe eò receperãt, cõperiſſent, eos vi extractos, & arbori alligatos, lapidibus obruerunt: quorũ alter priuſquã diſcederẽt, animã egit, alter verò ſemi animis relictus ſequẽti die obiit. Si Yſſodurẽſẽ aliquem Religionis profeſſorẽ depr hẽderẽt, eũ ſtatim vinculis cõſtringebãt, & in Caſtra cũ multis fuſtibus abducebãt. Vt aũt captos ad redẽptionis ſuæ prætiũ per ſoluendũ adigerẽt, variis eos tormẽtorũ generibus exercebãt, quibus recẽſendis volẽs abſtineo ne videar (ꝙ minimẽ omniu m

niũ velim, nouã aliquã ſeruiendi rõm ad inuenire. Suprà diximus, ab Alenconio Mõrredoniũ & Buyſſoniũ, qui Yſſoduri erant, in ſui vſũ aſſeruatos eſſe. Videamus nũc quib. illos rebus gerẽdis adhibuerit. *Merula* & Roche Capitanei tũ temporis in mõtuoſo quodã loco *Mar ieuges* dicto (qui locus ab Y ſſoduro quĩdecim milia diſtat) cõmorabantur, vbi ſe ad obſidionẽ excipiẽdam ſtrenuè parabant. Intellexerant n. quidcũ Yſſodurenſibus actũ eſſet: quibus ſanè libentiſſimè, ſi modò opportunè moniti fuiſſẽt ſuppetias tuliſſẽt Verũ ſi cũ adeò exigua manu veniſſent in exitiũ ſe vltro coniicere viſi fuiſſent.

Decreuerat igitur Alenconius eò ſe cõferre. verùm intelligens, quibus cũ ſibi futurũ eſſet negotiũ, ex ſuorũ cõſilio. Chauagnacio mandat, vt locũ illũ *Marieuges* dictũ ſibi reſtitui curet. & Montredonii Buyſſoniiq; opera hac in re vtatur. Ad Merulã igitur. & *Roche* ambo amiſſi ſũt qui quãtę eſſẽt Alẽconio copiæ illis ſignificarẽt: ſimulq; oſtenderent, fieri nõ poſſe, vt expugnata Yſſoduro, in vrbe deteriori conſiſtere poſſent, quæ tribus locis, vel ad catapultæ capacitatem, montibus

eſſet obnoxia. Nihilominus Vicecomes *Lauedan Merula*, qui optimum habebant extraneorũ præſidiũ, aliique incolæ, vxoribus & liberis in aliũ locũ *Milliau* in Rutenia dictum, miſſis, ſe in omnem euentũ pararunt. Alenconius accepto hoc reſponſo, conſiliũ mutauit. Intereadũ in Aruernia cõmoraretur, *Sainct Heran* illius prouinciæ præfectus, ſecuudùm quod acceperat mãdatũ, oĩa ædificia ſolo æquari curauit, muros diſiici, vrbis foſſas terra oppleri, ac in media illius arca, æream ſtatui colũnã, in qua eiuſmodi verba ſculperẽtur. *Hic fuit Yſſodurum.* Cæterum nõ piger fuit *Sainct Heran* in illis oĩbus perquirẽdis, quæ ab igne abſũpta nõ fuerãt præcipuè verò quæ in ſecretioribus locis abdita erant: quibus corradẽdis per tres ampliusſeptimanas, multos adhibuit Religionis profeſſores, poſtq̃ locis quibuſdã circa *Orillac* relictis, ſe ĩ duo, vel tria loca munitiora recepiſſent, in Catholicos ex illis locis tres diuerſas impreſſiones fecerũt: in qb. oĩb ex Aruernis nobiles multi oppetierũt nõatim verò, in prælio quodã nõ procul à Viq in maioribus mõtibus, cõmiſſo, *Neyrebroſſe* catholicus cũ ſexaginta

ginta aliis nobilibus à *Merula* capitaneo fuſus eſt, ac in eo loco interfectus cum aliis quorum hæc ſunt nomina. *De Plargnes Rouſſieres, Les bordes* & *Fontagnes* qui hodie omnes non mediocriter lugentur, quòd non æqua conditione, & ordine perturbato belli aleam experti eſſent.

Merula toto menſe Iulio, in hoſtes excurrere non ceſſauit: ac Vicecomiti *Lauedan* aliiſque ducibus iunctus, regionis illius Catholicis maius quã vnquã antea negotiũ faceſſũt. Cæterùm agrorũ nõdũ collecti fructus fœna pratenſia, & meſſi proximæ ſegetes, quæ ad Yſſodurenſes ꝑtinebãt omnia inquã illa à vicinis Catholicis direpta fuerũt: præcipuè verò à quibuſdã q. nobiles eſſe gloriãtur, quorũ nõ poſtremi fuerũt iſti. *La Grange* qui nõ procul ab Yſſoduro habitat. *Beaurecour, Parentignat*, ac Matrona quædã nobilis nomine Lupiat, quæ Saint Herini glos dicitur aliique nonnulli, qui mulieres ẽt adeoq; infantes ipſos pecunia mulctarunt. Catholici quidem nõnulli, miſericordia aliqua moti ſunt, pauciſſimi verò illi, ſi cum aliis conferantur, qui rebus ſuis nõ admodũ in ea obſidione conſuluerũt: nam dũ

de Yſſodurēſibus vindictā ſumere cupie bāt, ipſimet pene omnino cōſūpti ſūt: ac quā aliquādo Deo & hominibus rōm red dituri ſint, neſciūt. En igitur, eorū quæ in Aruernia geſta ſūt, præcipuè verò in Amberti & Yſſoduri obſidionib. verā & ſuccinctā narratione. Nō inutile fortaſſe eſſet ſi quibuſdā narrationib. ineptis, quæ de Yſſoduri obſidione, Lugduni editæ ſunt, altera per Clodiū de la Pōme, altera verò per Michaëlē ioue, & Ioānē Pilehotte reſpōderē. Verū, quæ ibi manifeſta occurrūt mēdacia, nebulonū eiuſmodi ineptias omniū oculis facilè produnt: q certé niſi hoc operā ludere eſſet, pro meritis ſuis ornarētur. Alter n. memorat pene ab ipſis obſeſſis Chauagnaciū fuiſſe interfectū, quòd vrbē vellet dedere. Alter verò addit Chauagnaciū ipſum, poſt captā vrbē fuiſſe ſuſpēſum: hoc igitur vnū, erit multorū mendaciorū, ſpeciminis inſtar: quibus ſanè refellendis, æquè prolixa, atque hæc eſt, narratione opus eſſet.

Multùm ſe proficere autumant. Dum Merulam criminationibus multis inſectantur: qui certè quia illorum animos ſubinde purgit & exercet, nec illos quā

diu pacem abrumpere conantur, quieſcere ſinit, probroſis & mendacibus eiuſmodi libellis ſerēdis, grauiſſimum ſibi de illo ſupplicium ſumpſiſſe vidētur.

Hoc verò illis obiicio, donec totius orbis iudex ſanguinem illum innocuū de manibus ſceleratorum repoſcat: tādem agnoſcat poſteritas ter infelices eſſe Gallos, qui manus ſuas conterraneorum, ſuorum cruore intingere maluerunt, quàm tranquillam cum illis vitam degere, ſimúlque per oppoſita illa veritati, velamina, quæ pacis perturbatores arripiunt, lucem contueatur, ac quinam tandem Coronę iurati hoſtes fuerint diiudicare poſſit. Cæterùm afflictorum conſolatio vno illo nititur, qui & verax eſt, & fidus: qui tandem etiam ſuo tempore rebus confuſis optimé cōſulturus apparebit, Chriſtianiq. quādocunque Duo placueri oppetere parati ſunt: ſed nec ideo vinci vnquā poterūt licet vel vnius loco, mille mortes obeant.

QVOVSQVE TANDEM.

FINIS.

W

CLARORVM ASCVLANORVM PRÆCLARA FACINORA

A IOSEPHO LENTO ASCVLANO EXPOSITA, ET

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI CARD. DE MONTEALTO PROPOSITA.



ROMAE, Typis Iacobi Maſcardi, MDCXXII.

SVPERIORVM PERMISSV.

Stephanus Baluzius Tutelensis

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſſimo P.M.Sac.Pal.Apoſt.

A. Epiſc. Carin. Viceſgerens.

EGo Hippolytus Strada Phil.ac S.Theol.Doctor vidi libellum, cuius inſcriptio eſt, Clarorum Aſculanorum præclara facinora, traditum mihi à Reuerendiſſimo P. M.S.P. Apoſt, in quo cum nihil repererim contra fidem, aut bonos mores, immo cum & Authoris pietatem in Patriam, & priſcam ſcribendi elegantiam, concinnitatemq. redoleat: præſertim ne præclarorum virorum domi foriſq. facinora debita commendatione fraudentur: typis mandari poſſe cenſeo.

Hippolytus Strada.

Imprimatur, F. Ignatius Ciantes Romanus, & Reuerendiſſimi P.Mag.S.P.Apoſt.Socius, Ord. Præd.

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI

ALEXANDRO PERETTO

S. R. E. CARDINALI,

ET VICECANCELLARIO, FEL.

EX omnibus præmijs virtutis, ſi habenda ſit ratio præmiorum (Alexander Illuſtriſſime) ampliſſimum eſſe gloriam, litteratorum non vni cenſuerunt. Et mihi quidem, quod pateat aditus, ad celſitudinem iſtam tuam omni faſtigio celſiorem, peramplum aperiri iter ad gloriam, confidenter pronuncio,

Neque vero virtutis meæ, quæ nulla eſt, præmium repeto, ſed clarorum capitum, præclara monumenta virtutum, dum apud te conſtituo, ex tuo ſcilicet auguſtiſſimo amplitudinis fonte, extemplo auguſtiora gloriarum præmia, dimanabunt. Quid enim ad immortalitatem accommodatius fingi poteſt, quam tibi, Princeps, placuiſſe, quem virtutum, ac decorum circumfluens, & inſatiabilis varietas ita ſubornat, nihil vt ſuſpiciat, qui te non ſuſpicit. Suſpexit te enimuero, tot continenter luſtris, Roma ipſa, cuius in pronunciando iudicium multo ſuperbiſſimum eſt, & dum diuerſis rebus, alij beati florentesq. effici ſolent, à te illas collectas teneri, magnificentiſſimè celebrauit. At vero ſi in cæteris ornamentis, florem te, roburq. mirantur vniuerſi, effuſam tamen in bonos omnes, liberalemq. animi tui ſuauitatem, ita efferunt, nullus vnquam vt dies ſit, tanta

nego-

negotiorum, vt ita dixerim, caligine offuſus, quin aliquo tempore, eius diei mentis tuæ, ac frontis ſolem; non ſuauiſſime contemplentur. Quæ me, vel vna perpulit cauſa, vt hos anguſti ingenij mei fœtus, ſub auguſti nominis tui præſidio collocarem. Accedit, quod Auunculus tuus Sixtus V. (cum Sixtum nomino, nunquam intermorituram terrarum fœlicitatem nomino) Aſculum adeo amanti clementia complectebatur, nihil vt Aſculanis denegatum, imo nihil non vltro beneficiorum, officiorumque delatum vellet. Erunt igitur tuæ artes, Princeps humaniſſime, quoniam tanti Auunculi tantam bonorum relictam complexionem includis, vnam erga Aſculanos humanitatem non excludere. Me quidem ſub illa adoleſcete, non ſolum erit omne tuliſſe punctum, ſed in honoris ipſius honorem, honorifice incidiſſe. Deus immortalis, partam tibi

apud omnes nominis immortalitatem, te ſuperſtite, quam diutiſſimè incolumem velit.

Illuſtriſſimæ Dom. Tuæ

Seruus Addictiſs.

Ioſephus Lentus.

SI adoleſcentium natura, vti cupida eſt voluptatum, gloriæ eſſet cupidior, equidem nec tam multos tranſuerſos ageret, nec præceps ad explendam animi cupidinem, vecordiæ ſe corrumpendam offerret. Licet verò in tam multa, ac tam inſatiabili nobilium artium varietate, quibus gloriæ claritudo paratur, adoleſcentium mens verſari poſſit, nunquam tamen in ea fui ſententia, vt in vnius dumtaxat ſcientiæ conſecutione, otioſa quadam inueſtigatione conquieſceret. Nitendum eſt, vt ingenij amplitudo, non vnis contenta finibus terminetur. Varietate reficiatur, & veluti altiſſimum flumen in multorum tractuum deductum diuortia, dum liberè, & explicatè peruagatur, non vnum colorem, ac vires ſibi mutuetur, ac ſecernat. Atqui ſæpe audiui, Vlyſſem illum græcorum annalibus multo celeberrimum, in omnium admirationem penitus dediſſe ſeſe, quod ambuſta Troia, mores hominum multorum, atque Vrbes luſtraſſet; Quibus ego pellectus cauſis, cum Romam adoleſcens ad capiendum ingenij cultum conceſſerim, & legum ſcita, & legumlatorum effata euoluo, nihil habui antiquius, quam vt tantiſper etiam animum adſcribendum adijcerem. Illa me interim mordet, ac ſollicitat cura, quod ego Aſculanus, Aſculanorum res geſtas, in primis, vel primus, hac

præſertim tempeſtate ſcribere auſim. Ea propter video mihi creatas inſidias; intelligo colligi à me inuidiæ famam, ac maleuolentiæ notam, non vulgarem, quod & aliјs tantam gloriæ, palmam præreptam velim, quodve à Ciue, Ciuitatis ſuæ facta, ſubdola quadam audacia dictentur. Sed nimirum iſta, non ex induſtria, ſed carptim ſcribimus; aliјsq. ingenio, ac doctrina, vberius affluentibus; reſeruamus. Res vero proprias à ſe conſcribi poſſe quis inficiatur, ſi Criſpus in hiſtoria Romana Princeps, Romanus ipſe litteris conſignauit? Si licuit Cæſari, cæſariana exarare. Immo licuit noſtrorum memoria, Morigiæ Mediolanenſium facta recenſere. Licuit Adamo firmano, Firmanos glorioſius efferre, & mea mihi indicare non licebit? Vtinam verò tantæ rei, ingenij faſces non eſſent ſubmittendi: ſed lentum omen ſcriptoris, ſcribendorum luculento nomine cohoneſtabitur. Interim voluntate magis quam facultate; nullo fucatæ artis lenocinio, multo ſimplicis fidei candore, ad inſtitutum propius accedamus.

DE

DE NICOLAO QVARTO PONTIFICE MAXIMO ASCVLANO.

AESCVLANVM Deum diuitijs affluentiſſimum Poetæ commenti ſunt, qui plena manu in homines congereret opulentiam. At ſi rem ex vero magis; quàm ex ingenio celebrare, & inueſtigare cordi eſt, Aſculanus Hieronymus; qui deinde Nicolaus Pontifex, virtutum opibus quàm maximè ſubornatus fuit; incredibile dictu eſt; quàm multos; opimo virtutum patrimonio locupletarit, & integerrima morum opulentia ſtabilierit. De huius fama, conſtanti maiorum ſermone, multi poſteri cognorunt. Cuius gloriam, ſapientiam, pietatem, finis vllus dicendi finiet, ſed extendet latius, exornabitq. per titulos memoresq. faſtos. Quare infinita propemodum eius geſta, attingam potius, quàm exponam, & illius virtutes tantum habitas, quantum verbis extollere non potuere præ-

clara ingenia,neque è ſummo artificio,deprompta Rhetorum ornamenta. Et quoniam illius ætas, non tàm vitæ, quàm virtutis fuit, ſi minùs amplè, & magnificè proponemus,quod non poſſumus, grata animi recordatione, quod debemus, poſteritati commendabimus, magisq. vultum, quàm bonum ingenium in ſcribendo pollicemur.

Honorius Quartus è Sabellis Dynaſtis, vitæ perſonam deponens,rebusq. humanis plaudere, ac valere iuſſis, incredibile deſiderium reliquerat ſui. In Auentino Monte, eleganti amplitudine laxatas ædes excitauit, in quibus exceſſit. Cardinales eo actutum ſeſe recipere, quò ſeriùs concoquerent, ecquis, æquius, ac fœlicius, in terrarum cura imperiòq. ſuccederet. Sed fera lue inſequente, Senatu ſacro dimiſſo, alij alio, Cœlum ſibi clementius auſpicaturi, conceſſere. Vnus Hieronymus, in illis Pontificijs ædibus, Pontificis occupandis ſedibus, continuit ſeſe. dumq. ſe æſtatis calores frangerent, quotidie crebris, & luculentis ignibus, paſſim domi ſuccenſis, afflatum contagione aerem, ſincera euentilatione, difflabat. Appetente mox verè, coeuntibus, & reducibus Cardinalibus, omnium fuit vox vna, & ſententia, vt Hieronymus Aſculanus, Pontificatus apici ſuppar decla-

declararetur. Et quidem more maiorum, proprio depoſito, Nicolai nomen eo adamauit nomine, vt Nicolao Tertio à quo Romanæ purpuræ fulgorem acceperat, vel hac grati animi nota faceret ſatis. In cuius tam gratæ mentis eximia veſtigia incurrens, deinde multo poſt Nicolaus Quintus, eandem gloriæ palmam arripuit auidiſſimè: cum enim ante, Thomæ illi nomen eſſet, quia tamen Nicolai Cardinalis Albergati ope operaquè, in Præſulum numero fuerat collocatus, ad Pontificatus culmen tandem nixus, Nicolai ſibi nomen vſurpauit, vt cuius omine tanta eſſet aſſecutus, eiuſdem nomine memori nota frueretur. Nunc quia videtur res poſtulare, de Nicolai moribus pauca prius explicanda accipiam, quam cœtera incipiam. Licet virtutis, & beatæ vitæ lumen ſerius appareat, Nicolaus tamen adhuc puerulus, amplitudinem nominis, celebritatem famę plura ad commendationem ſuffragia, exiſtimatione virtutis apud omnes conſecutus eſt. Carior illi pietas, quam ludus fuit: odiſſe flagitia, flagitioſorum magiſtros auerſari. At contra numinis familiaritate vti plurimum, & in dies ſe ipſo melior, & ad ſpem immortalitatis erectior, templorum limina frequens terebat, ab aris ſacrisq. penetralibus diuelli ægerrimè poterat. Quamobrem

tanta

tanta indolis altitudine, & honeſtate permotus, è Franciſcana familia cœnobita quidam, egregiæ ſanctitatis, non ſemel multis coram, tam longe ante denunciauit, En adoleſcens ad Franciſci claritudinem, & Vaticani faſtigij maieſtatem efformatus? Vt primum per ætatem, litterarum patiens fuit, ſtadium ſtudiorum ingreſſus, ad acre ingenium, acriorem induſtriam iungens, amœniores muſas conſalutare, naturam rimari rerum; atque vt ad altiores diſciplinas molliorem ſtrueret ſibi aditum, Franciſcanæ familiæ nomen dedit. Neque enim litterarum altius flumen niſi ex Auguſtiori ſanctimoniæ fonte promanare conſueuit. Ornauit ille onerauitq. affatim animum ſapientia, & in ordine ſuo magnus, hoc ipſo maior, quod in ordine Minorum, minimus uideri ſemper voluit, modeſtia, & innato morum amore ſingulari. Per id tempus, lux multo florentiſſima Aſculanorum oculis oborta eſt. Siquidem Diuus Franciſcus, qui eximia virtutum magnitudine, hominum fidem eximiæ anteuertit, Aſculum profectus eſt. & inter mira paucorum dierum incrementa, Nicolaum ſuæ familiæ inſeuit; mirum vt non ſit, à tanto virtutum magiſtro tam egregia, egregie didiciſſe. In Nicolao enim multa fuit lectio, accurata collectio, in digeren-

do

do iudicium iuxta,atq; acumen. In Theologicis præſertim ita ſe in altum abripuit, vt in diuinæ ſapientiæ peruestigatione, & lumen diceretur, & numen. Subtiliter in gymnaſijs docebat, ad honeſtatem inflammabat in templis, quem vnum venerarentur, habebant vniuerſi. Et quidem litteris limatiſſimus, & rerum omnium eruditione expolitiſſimus, non ſua tenacius aſſeruabat ſibi: verum in omnes nouus ſapientiæ Quæſtor diſpenſabat. Quibus ditis animi dotibus, & priuatim, & publice de ſe teſtimonium, iudiciumq. tam prouocauit vehementer, vt Generalis miniſter electus, ſuorum conſilium non ratione prudentius, quam euentu fœlicius, adminiſtratione ſecundiſſima declararit. Nunc mihi non tàm copia, quàm modus in ſcribèndo inueſtigandus eſt, neque par inueniri poteſt oratio, qua poſſim enumerando percenſere, quid ille ineunte pene magiſtratu, non ad ſuæ dumtaxat familiæ, ſed publicæ Chriſtianæ rei dignitatem, ſapienter fecerit, effeceritque conſtanter; extulit ſeſe in illo non vna prudentiſſima ſcientia, ſed artes præſtantes, adminiſtræ comiteſque illius. Innocentia fuit ſingulari, in rebus omnibus temperantia egregia, fide conſtanti, in negotijs facilitate mira inchoandis, ingenio in conficiendis incredibili;

cæterum humanitate, dexteritate tanta, quantam in ſapiente ſuſpiceres, in Præſule non deſiderares. Gregorius Decimus, Lugduni deſignato concilio auebat maxime, quomodo ad illud pelliceret græcum Imperatorem, Michaelem Paleologum, & Conſtantinopolitanum Patriarcham; nec deerat purpuratorum, ac Prælatorum copia, qui conſilio auctoritate, & ſapientibus artibus, apud illos potuiſſent plurimum. In Hieronymi tandem prudentia, veluti in portu reſpirauit Pontifex, iactatus diu turbidæ cogitationis æſtu; & Apoſtolici illum cohoneſtatum legati munere, ad Imperatorem, & Patriarcham perhonorifice tranſmiſit. Reges Francorum, & Caſtellæ ancipiti contentione diſtracti, occultis primum ſimultatibus, mox aperto Marte diffidentes, bellum vtrinque ſumma ope parabant. Ardebant itaque ea inter ſe regna, inteſtino diſcordiæ tumultu. iactabantur rapinarum, & cædis intemperie; atque vt in vndoſo mari, non vno vento agitabantur turbarum, ſeditionumq. Iamque bellorum ſtrepitu circumſonabant omnia, omni armorum flamma flagrabant Ciuitates, & armato ſcelere impune volitante, furoreque turbulento ius dicente, æqua, & iniqua audebant ſinguli; vaſtari agros, inflammari tecta, hominum, ac pecudum

cudum agi prædas, perditiſſimæ cupiditates, vagæ libidines debacchari: tanto, ac tam pernicioſo malo ſerpenti latius in dies occurrendum ratus Ioannes Vigeſimus primus, eundem vnum è multis ſelegit Hieronymum, qui ſuſceptam illico prouinciam adminiſtrauit ſapientiſſime. Regna illa tum à bello, tum à belli metu defendit, pacis dignitatem inuexit, vtile dulci cõmiſcendo, omne tuliſſe punctum ab omnibus conclamatum. Romam reuertitur, Pontifice Nicolao Tertio, ex Vrſino genere, ex ea nimirum multo ampliſſima gente, quæ in illuſtri ætatum omnium continenter Theatro expoſita, plauſum terrarum omnium tulit cumulatiſſimũ. Et vero Pontifex gloria magis certa, quam viri incerta fama ductus, Hieronymum Hieroſolymitanum Patriarcham, ſplendido honoris titulo, in publico Pattum conuentu publica laudatione decernit. Mox Diuo Cardinali Bonauentura è medio ſublato, ad infulam elatus eſt, ab eodem Pontifice. Nec immerito ſanctiſſimo Bonauenturę ſuffectus eſt Hieronymus, vt ſi cum illo, honorum gradus pares haberet, glorię diſpares non habere, acertima æmulatione ſtimularetur. Deinde vero laxatus curis, vt non minus ocioſus, quam cum ocioſus eſſet videretur, totum ſe contulit ad ea reuocanda ſa-

pientiæ

pientiæ ſtudia, quæ negotiorum interuallo remittere, non nihil fuit neceſſe. Quamobrem non alliſit, vt plerumque fit, ingenium ad arenas quaſdam, & vada ſcriptionum, ſed plenis velis facilius fœliciuſque, in argumentis perſpicuis cognitisq. delatus eſt. Super ſententias, ſententiarum celeberrima ingeniorum, & ingenioſorum approbatione deſcripſit. Bibliorum nonnullos libros luculenter inueſtigauit. Neque incelebres illius ſermones ad ſacram concionem aptiſſimi ferebantur circum, qui ea maximè tempeſtate, acriori quadam vi fluebant abundantes, ſonantibus verbis, vberibusq. ſententijs; vereri vt interdum ſit, ne talis viri cum amplificare velim, imminuam etiam gloriam, & magnam in docendo præſtantiam.

Hactenus quæ miniſter Generalis, & Cardinalis geſſit: nunc quæ cum Pontificiæ curæ molem ſubijt. Regium Romani Sacerdotij principatum conſecutus, coronationis inſignia excepit, à Cardinali Matthęo Vrſino Diacono; & quoniam magnitudo publicæ gratulationis extra animi anguſtias effluebat, ſubitaneo alacritatis onere lapſa popularis infirmitas, fecit de lætitia licentiam. Inter romanos ſuboriri ſeditio cœpit, miſcere cuncta, nihil habere penſi, nihil moderati, non pudens, non pudicum ſe

cernere

cernere. in ocio feroces, in negocio, inſatiabiles ſacra, profana, paſſim polluere, mutua ſe cæde diuexare, flagitiorum, & facinoroſorum tanquam ſtipatorum cateruam, præclarus quiſque habere in primis. In tam corrupta Ciuitate cum eſſet Nicolaus, neque tam efferatam improbitatem extinguere poſſet, Reate receſſit, vt perturbatio rerum, atque confuſio, ſe abſente imminueretur, quæ præſente radices altiores agere impudentiſſime videbatur.. Aliquot ibi Cardinales declarauit, è Franciſcano cœtu duos ſapientiæ, & probitatis nomine, vulgo celeberrimos. Vnum è Columnenſi peruetuſtæ maieſtatis familia, Petrum Columnam: erat quippe qui Nicolaus Columnenſibus addictus quam maximè, & Columnenſium propalam habebatur Columen, vel Columna. Ad extremum Napoleonem Vrſinum, qui à Bonifacio Octauo Vmbriæ Legatus, & Patrimonij rector effectus, officij grauitatem, dignitate imperij comprobauit. Hic ille Neapoleo eſt,quem immortalem ipſa etiam mortalis vita concupiuit, cum in purpura annos ipſos ſexaginta, ingenti gloriæ cumulo produxerit. Cœterum illud ſilentio hiſtoricus non tranſigit, à Nicolao è ſuis conſanguineis in Cardinalium numero, recenſitum neminem; illud crebris vſurpans ſermo-

nibus, affines ſuos eſſe, qui virtutum confinio continerentur. Sua cuique placere: ſibi vnam morum integritatem. Proinde opima ſacerdotia, præclariſſimas Tiaras, honorum titulos, ab illo non generis claritudo extorquebat, ſed meritorum probatus rumor, eliciebat facillimè. Elapſo anno vrbanarum ſeditionum ſedatis fluctibus, Romam reuerſus eſt, conuulſa ſedibus ſuis Vrbe, ad ſanctiſſimum parentem excipiendum. In Liberiana Aede ſedem figere conſilium fuit, quo proprius Deiparæ congreſſu, & conſuetudinis aſſiduitate delectaretur, & deſtinatos iam ante Virginis honores perſolueret. Enimvero adſcito ſibi in partem honoris Iacobo Cardinali Columna, Baſilicam, qua vetuſtate fatiſcentem, excitato parietum fulcimento continuit, qua picturarum lenocinio, & verſicolorum operum amœnitate, muros conueſtiuit, qua laqueatam tecti partem, cælatura magnifica depinxit, qua Columnas cum ſpiris, & epiſtilijs, opificij iucunditate illuſtrauit. Verum, ne in minori veneratione, & honore apud ſe ſanctæ Matris, quam ſanctiſſimi Filij videretur dignitas, Conſtantinianam Saluatoris Ecclesiam, robuſtis parietum ſubſtructionibus circumſepſit, longiſſimo gratiſſimoq. proſpectu, vt non minus illam Imperatoria decoraret maie-

ſtas,

ſtas, quam pontific. a munificentia præmuniret. Alia ſubinde ex alia naſcebatur gloriæ ſeges, Nam quo ipſe inſitam ingenio beneuolentiam in omne genus ſtudioſorum expromeret, & cum ſapientium litteræ, non modo fautrices fideliſſimæ ſint, ſed etiam effectrices immortalitatis, in monte Peſſulano grandi ſumptu Collegium litteris excitauit, quibus non modo præſentes frui poſſent, verum etiam adoleſcentes conſequentis, & poſteri temporis. Dum hæc in Italia geruntur, è Palæſtina allati rumores lætitiæ celebritatem vniuerſam funeſtarunt: rem pauciſſimis expediam, & quæ totius cauſæ ſcæna ſit, perſtringam.

Attrita iam Saracænorum acie, & ſtrenua Chriſtianorum dimicatione compoſitis ea in Prouincia rebus, Chriſtiana res quotidie florere magis, & efferri videbatur fœlicius; cum ex templo excitatæ tempeſtates, naufragia pepe-rere fœdiſſima: Enimvero inter Chriſtianos Proceres, oborta inteſtina diſſidia, bellis ſe grauibus, ac periculoſis incurſantes, lacerabant mutuo, qui dum domi ad ſua tuenda ſæuiebant imperia, minus erant foris ad aliena proferenda. Aegyptius Solymanus tam præclaræ occaſioni, arcendi è ſuis finibus Chriſtianum haud quaquam indormiens, Antiochiam, Sidonem,

Tripolim, Beritum Syriæ Vrbes inſignes repentina obſidione inuadit, opprimit, delet. Nicolaus magno fortiq. animo, poſitis alijs curis, in hac ſolus cura, quingenos ſupra millenos milites, Ptolemaidem tranſmittit, ſed adeo præpropera feſtinatione, vt militaris diſciplinæ expertes, Ducis imperia, vel detrectantes, vel non excipientes, rem ſuam in extremo poſuerint, hoſtibus animum, terrorem adaugendo ſibi. Et quoniam in rebus humanis regnandi libido, neque copia, neque inopia, minuitur, de Vrbe Ptolemaide lis ingens indigniſſime excitata eſt. Patriarcha Ieroſolymitanus ſuam eſſe dicebat. Rex Cypri, & Carolus Secundus Siciliæ Rex, ſibi pro ſe quique, repetebant. Piſani volebant ad ſe ſpectare omnino. Templarij equites ſibi vendicabant. Et ne quid in tanto infortunij infortunio deeſſet, inter Reges Siciliæ Carolum, & Aragoniæ Iacobum, inter Philippum Francorum, & Anglorum Odoardum, offenſiones acres, & ſimultates exarſerunt turbulentæ. Pontifex quo facilius Anglum, & Francum componeret, & ad Ptolemaidis diſſenſionem fœlicius diſponeret, Benedictum Caietanum, & Gerardum Album Parmenſem ad eos mittit, orat, enixius obteſtatur, aliò curas, alio vires intendant, & Chriſtianorum cauſam infeliciſſimam

mam

mam in Oriente,ſua præſentia,ſuo gladio fœliciſſime perorent. Verum quod exulceratis animis, altius læthale certamen imbibiſſent, ad æquitatem, atque concordiam flecti nullo modo potuere. Solymanus infinita regnandi cupidine dementiſſime elatus, licet incommoda valetudine lectulo affixus, centena millena ſupra quingenta, hominum capita conſcribit, & ſub filij imperio ad Ptolemaidem funditus delendam, funeſtiſſimo conatu demandat. Vti ad Vrbem appropinquatum eſt, & copias admouit, egregia animi fortitudine Chriſtianus Miles, toto connixus impetu, irruptione è portis facta, confertus, & conglobatus in hoſtem, ita ſe offundit, vt ingenti edita ſtrage pedem referre, & notis callibus trepida, ac fœda fuga latebras coegerit petere; & proculdubio tanti exercitus, tanta audacia à noſtris breui deiecta fuiſſet, niſi Procerum noſtrorum obfirmata temeritas, in proprias vires pugnaciſſime deſæuiſſet. Pugnabant inter ſe reges, & regia plane Vrbs expugnabatur ab Aegyptio Dynaſta. Etenim aſperrimo belli genere fame, ferro, dolo circumfuſo, multum potentiæ, plurimum timoris ingerens, arma vndique accerſit, circundat mœnia, defenſoribus formidinem oſtentat, arrigit ſuos ad prædam; & erectis ſcalis, valida

impreſſione facta, munitionibus euerſis, ſexaginta Chriſtianorum trucidatis millibus, reliquis in deterrimam ſeruitutem abductis, intollerabili bonorum dolore, damnoq. potitur Ptolemaide, opulentiæ, & magnificentiæ nomine inclyta ſemper vrbe. Tot malis circumuallatus Nicolaus, ex quibus alius emergere nequiuiſſet, tamen fidenti animo inſtare, Indulgentiarum propoſita pia munificentia, Cruce obſignato milite, quo tueretur reliquas Aſiæ Vrbes, & imminentem iugulis, ac ceruicibus Saracenum, longiſſimè quoad poſſet, amoueret. Rodulphum Cæſarem, in partem muneris vocat, cui ille pro virili adornata iam claſſe præſto fuiſſet, verum grauiſſimo illicò morbo implicitus, in ipſo impetu mouendi immortale facinus, exceſſit è vita. Succeſſit Rodulpho, Adulphus Comes de Naſſaù Rex Romanorum, bello minimum delectatus; quippe qui exigua inſtructus pecunia, nec multo ſubornatus milite. Cæterum pacis artibus clarus, & memorabilis. In hac perturbatione rerum, turbæ cõcitantur turbulentiſſimæ in Romandiola. Itaque Nicolaus viciniori malo perculſus acrius, cum in peius quotidie cuncta inclinarent, magnitudine calamitatis tanquam fluctu obrui cœpit, quaſi qui continenter pro Chriſtiana re, cum moleſtiſſimis

ſtiſſimis negotijs certaſſet eximie, ad extremum in confertiſſimas curas incurrens, ibi ſtrenue dimicans confoderetur. Extinctus eſt regiminis ſui anno ineunte quinto, in exiguum Pontificatus ſpatium, innumerabilium decorum honeſtamenta concludens. Flebilis quidem ille omnibus occidit, ſed nulli flebilior quam tibi Roma, quæ biennium ipſum extraxiſti, antequam alterius vultũ Pontificis poſſes addiſcere. In quo interregno, quantis fueris calamitatibus confecta, & inſtantibus perculſa ſollicitudinibus, cogitatione quis complecti vix poteſt. Certe quid in Nicolaò primum admirer, quid deinde? Alia in alijs, hoc vero in Pontifice admirari poſſumus vniuerſa. Quis enimuero Chriſtianæ reipubl. illo propugnaculo validius? Quis libertatis acrior vindex? Quis pacis auidior, aut tranquillitatis amantior? Semper excelſus, ſemper erectus, Ottomanicam dementiam armorum furijs formidoloſam, furoris, & cruoris noſtri cædibus ſaginatam, repreſſit, infregit, vindicauit. Itaque non omnis mortuus eſt, vertentibus luſtris, poſtera laude recentiſſimus creuit, dum à Summo Pontifice Sixto V. publica temporis ſui fœlicitate, laudationis monumentum, quæſitum meritis, à meritiſſimo Pontifice magnificentiſſime reportauit. Cum

enim Diuæ Mariæ ad Præſepe ad eum reficeretur, effoſſa humo, repertum eſt corpus Nicolai; tum Fœlix Perettus Cardinalis è MonteAlto, extructo mauſoleo, verſicoloris lapide, & artis lenocinio inſculpto, hæc voluit inſcribi

NICOLAO IV. ASCVLANO
PICENO
PONTIFICI MAXIMO
CVM IN NEGLECTO DIV
SEPVLCRO,
FERE LATVISSET.

F. Fœlix Perettus Cardinalis de Monte
Alto, in ordinem, & Patriam,
Pietate poſuit.
M. D. L. XX. IV.

N*Icolaus Quartus ordinem minorum profeſſus, Philoſophus, & Theologus egregius, Conſtantinopolim à Gregorio X. miſſus, Græcos ad Romanæ Eccleſiæ communionem, Tartaros ad fidem reduxit. Poſt ſanctum Bonauenturam, Generalis ſanctitate, & doctrina ordinem, propagauit. Nicolai Tertij*

Nuncius

Nuncius inter Francorum, & Caſtellæ Reges pacem Conciliauit. Sanctæ Pudentianæ Card. Legatus Honorij Quarti, in Galliam Senatoriam. P. R. dignitatem Sedi Apoſt. reſtituit. Factus Pontifex Remp. ſublatis diſcordijs compoſuit, Chriſtianos Principes ſacro fœdere iunxit. Ptolomaidem copijs adiuuit. Flaminiam iterum in Pont. ditionem redegit. Publicum in monte Peſſulano Gymnaſium inſtituit. Probos, & eruditos, in cognatorum loco tantum habuit. Lateranenſem, & hanc Baſilicam ſtructuris, & opibus auxit. Tandem iuſtitia, & religione, Orbem terræ moderatus magna ſanctitatis opinione obijt. Pridie Nonas Apr. M.CC.XC.II. Pontific. ſui Anno V.

Hactenus Sixtus. hinc profecto intelliget poſteritas quoties in Aſculani Pontificis nomen incurrerit, toties ſe in ſolis radios incidiſſe.

DE GRATIA DEO ASCVLANO.

E Franciſcanorum cœtu, ad Dominicanam gentem, gradum faciamus. Dominicanorum familia, vt eſt in Annalibus, non vni Vrbi, ſed terrarum Orbi, quaſi

ludus

ludus quidam patuit, & officina dicendi, docendique, omni propoſitio ſcientiarum genere vniuerſos. Aluit in primis Principem ingeniorum, Thomam Aquinatem, cuius gloriam poſtea, conſecutus eſt, nemo; ex cuius ſapientiæ fontibus, ſcientiæ locupletiſſimæ, ornatiſſimæ diſciplinæ, litteraturæ copioſiſſima inſignia, vberrimè patuerunt. Ex hac ergo familia, in maxima diſcentium multitudine, ſummaque Magiſtrorum copia, extulit ſeſe, Gratia Deus Aſculanus, qui omnibus artibus, in quibus perraro aliquis excellens exoritur, enituit mirifice. Enimuero, vbi ad Chriſti ſtipendia, ſub Dominici ſignis aduolauit, nihil habuit antiquius, quam vt, præclarum ingenium, clariſſimis inſtrueret diſciplinis. Et vero ſuæ ætatis Philoſophus nobiliſſimi nominis, magna, vel mercede, vel gloria, quippe omnium conſenſu, Laurea donatus philoſophica, mentem tranſmiſit, ad auguſtiſſimos Theologiæ fontes, & Theologicam ſapientiam, rerumq. diuinarum cognitionem, tam probe attigit, quam prope, nemo. In Patauina Academia, hoc eſt, in litterarum, multo refertiſſimo emporio, & ingeniorum theatro celeberrimo, Theologiam, & Philoſophiam, publice profeſſus eſt, ad quem audiendum, conferti concurſus, eoq. audito,

ſer-

ſermones de tanta doctrina, diſſeminebantur egregij. Quem alij, ſapientiæ ſydus, Artium alij auguſtum iubar, magnæ mentis, viuum, & ſpirans ſimulacrum, plerique. Et quoniam omnibus natus, non vni notus eſſe voluit, lucubrationes luculentiſſimas, edidit in Ariſtotelem. Porphirium commentis peracutis illuſtrauit. Logicis facem prætulit, libello ſanè vtili conſcripto. Omitto cætera, quæ temporum iniuria, aut hominum incuria dilapſa ſunt. Tantam hominis ſapientiam, vitæ decorabat dignitas, & integritas, ac ne quid ex induſtria depromere videamur, ſit ſatis, quod Aſculanum hoc caput, perfectum fuiſſe poſteritas profectò intelligat.

DE NICOLAO, ET CORRADO Aſculanis
Ex eadem Dominici diſciplina.

HVic gloria ſuppares, ætate impares extiterunt, Nicolaus; Corradus, ingenio validi, religionis, ac pietatis nomine, ſatis pollentes; tametſi, haud quaquam par gloria ſequatur Scriptorem, cum de illis (vt coniectura ducor ad ſuſpicandum) ſilentij in-

uolucris

uolucris obtegantur innumera, & quam pauciſſima illorum negotia, otio multo diſcutienda, carptim, & oſcitanter, attingantur. Et de Nicolao quidem hæc fermè in Originibus accepimus. Vbi illius animus ex humanis miſerijs, in ſacro Dominicanorum Ordine, requieuit, decreuitq. reliquam ætatem, à ſæculi væſania, procul habendam, non fuit conſilium, fucata quadam deſidia, bonum otium conterere, ſed Philoſophiæ, ac Theologiæ fontes, ad promiſcuam multitudinem, large, effuſeq. aperire, & vt paucis abſoluam plurima, vt ex neruorum, ac fidium elaborato ſono, quam ſcienter perculſi ſint, intelligi actutum ſolet, ſic ex optime inſtructis Auditoribus, quid his tractandis poſſet Nicolaus, conijcere poterat, etiam plumbeus, aut iniquus rerum exiſtimator. In Ariſtotelem ſcripſit, nec parua, nec pauca. In Phyſicis polite excogitauit commentarios, apprimè vtiles. In Dialecticam multus fuit, & multa alia exarauit, quæ vel exciderunt, vel in hæc tempora, non inciderunt.

Corradus Aſculanus, item Dominici ſectator, in Philoſophicis, diſciplinis, & Theologiæ Sapientia, mirabiles feciſſe progreſſus, vulgo fertur apud maiores. In Meteora Ariſtotelica, edidit Commentarias, in Phyſicam, locuples

fuit

fuit interpres. Cætera tanti viri monumenta, obliuione obruta, aut temerè deperdita, facilè crediderim.

DE NICOLVTIO ASCVLANO Concionatore.

ENituit è Dominicanorum diſciplina, Nicolutius Aſculanus, omni dubitatione remota, Theologiæ nomine inter ſuos tùm facilè Princeps, Philoſophis verò facem prætulit, ad rerum abditarum cognitionem vberrimam. Sed è cæteris Artibus, ea illi fuit potior, quæ ad populum conciones habendas, efficacitatis plurimum, mirum quantum gratiæ exhauſerat. Etenim oratione fuit amplior, in voce ſplendorem, in motu dignitatem, in actione, commendationem ingenij, ac iudicij retinebat. Actumq. ſæpenumerò, vt hominum cœtus dicendo teneret, à vitijs ad virtutem traduceret, incitaret currentes, iacentes excitaret, & refractarias mentes, reclamante etiam, vitiorum improbitate, comprimeret. Extant illius luculenti, & benè longi ſermones acumine multo, verborum nulla inopia, pietatis grandi copia, exarati. De San-

ctis,

ctis, ac Cœleſtibus ſingulatim laudationes inſcripſit; Mortuis etiam, ac vita functis, ingenio non deſuit. Omni quidem ſapientia præſtitit, ac virtute floruit, illiusq. laudem nunquam ſeneſcentem, ſin minus litterati, litteræ illius certè ab obliuione hominum, atque à ſilentio vindicabunt.

DE PACIFICO MAXIMO
Poeta Aſculano.

IN Poetarum Choro nobiliſſimum etiam recenſet Aſculana Ciuitas, Pacificum Maximum. Conſulendæ veterum hiſtoriȩ, Annalium memoria eruenda, & in ea quiuis inueniet nihil à me de Poeta, poetico more confictum, ſed ſui æui Maximum, maximo in honore habitum, maximosq. illi honores decretos, quod Muſarum, vel eſſet Templum, vel Antiſtes. Fuit quippe qui, ad excogitandum celer, memoria vſus tenaciſſima, Poetaq. minime ille quidem ex Ariſtarchi moroſa diſciplina, ſed lepore, vrbanitate, elegantia, ſuauitate apprimè conditus. Sunt eius Poemata de pudicitiæ laudibus, ex quibus lenitas eius, at ſuis cum neruis perſpici poteſt. Scripſit verò

deuexa iam ætate de pudicitia, vt ſuprema hac voce teſtaretur, quàm meritò in ſcriptionis candore primas tulerit. Certè omnium iudicio, tali candore eius carmina colorata ſunt, tanta facilitatis granditate mollia, vt Ouidianum genium, in Pacifici ingenio minimę deſideres. Qua in carminis perſpicuitate, omnes quidem cupere vidimus, plurimos auſos eſſe, potuiſſe omnino paucos.

DE FRANCISCO ALATO
Iuris Perito Aſculano.

EFfudit ſuos etiam Aſculanum ſolum, Iuris, ac Iuſtitiæ tenaces. Non vni numerari poſſunt in cauſis forenſibus prę clarè verſati, quibus nullus honor, tribui non debitus potuit. Ad multorum inſtar ſit Franciſcus Alatus, qui Iuriſprudentiæ alis, in altum, mirum quantum abripuit ſeſe. Magno Ferdinando; Etruriæ Magno Duci, fuit à conſilijs, præſtoq. continenter fuit prudentiſſimo Heroi, Alati prudentia. Qua in re mirari non deſinant cordati, & ſapientes, quomodo viguerit Alati dexteritas apud Ferdinandum, quem ætatis ſuæ ſupra fidem, accuratamq. exiſtima-

tionem

tionem ſapientiſſimum iudicarunt, quotquot induſtriæ nominè floruerunt, ſummiq. prudentis fuerit, ſummum prudentem Alatum, Ferdinando videri. Itaque in eo Regno, Cauſarum Iudex celeberrimus, Ius dixit publicè priuatimque. Nemo illuſtrior Inſontium patronus. Sontium vltor acerbior nemo. Hac prouincia magna, ac perdifficili integerrimè adminiſtrata, ſcorſim collegit ſe, ſibiq. canens, ac litteris, de Iure, ac Iuſtitia, ingenioſa reliquit monimenta, tam ſecundis omnium acclamationibus, vt apud omnes Acuti nomen retulerit. Parum ſibi, gloriæ vixit ſatis, & tam palmare ingenium immortalitate digniſſimum, dum veræ laudationi, germanæq. virtuti locus erit, conſeneſcet nunquam.

DE TITIO BETVTIO BARRO Aſculano Oratore.

QVid debeat eloquentia Barro Aſculano, teſtis ſit Roma, vbi beata Betutij copia auguſtiori vbertate, promanauit ad omnes. Equidem poſt Oratores natos, ſine controuerſia diſertiſſimus fuit Betutius, qui vt primum ex pueris excedens informari

formari cœpit eloquentia, cæterisq. ijs artibus, quarum præſidio, honoribus procedere longiſſimè in republica poſſet, Primum Aſculi,, vbi natus eſt, loco, tunc eruditiſſimis hominibus, & ſtudijs liberalibus affluenti, celebris ingenij fama, celeberrimam ſibi expectationem collegit. Breui dein declamitando, & orando effecit, vt quemadmodum de Scæuola, & Craſſo litteris conſignatum legimus, Iuriſperitorum eloquentiſſimus, & eloquentiſſimorum Iuriſperitiſſimus putaretur: Etenim eius vox, vt Phidiæ ſignum, ſimul conſpecta, & probata fuit, in omni porro Artium genere, cumulatiſſimè doctum, ac verſatum, declararunt, orationes illius, acerrimo ingenio exaratæ, ſuperbiſſimo aurium comprobatæ Iudicio, ſecundiſſimis expetitæ Votis, & in omnium Ciuitatum luce, honorificè propoſitæ. In quibus enimuero poetas pœnitus nouit, Ius Ciuile introſpexit, publicum tenuit, priuatum exhauſit, memoriam collegit pene totam antiquitatis. Quibus abunde inſtructus ornamentis, vbi Betutius palam loqui cœpit, eloquentia loqui ipſe videbatur. Neque enim in illo Iſocratis ſuauitatem, non ſubtilitatem Lyſiæ, non Hyperidis acumen, non vim Demoſthenis deſiderares, ſed mirificè adamares. Ergo tam excellenti animo, doctrina ſingulari,

natura ad dicendum, facta Romam venit, quem virum omnium ordinum ſinguli, diligere primum, poſtea admirari, omni demum honorum genere efferendum, contenderunt. Nec ſanè immerito illa enim vere neſtorea erat vox, illa oratio crebris diſtincta ſententijs, & multiplici, vt ita dixerim, emblemate vermiculata. Illa dictio non mollis, aut vernans, non cultu cultiori luxurians, ſed fluens prudenter, pudenterq. exiliens, & rerum acri quadam amplitudine, ad ſe Audientium animos rapiens. Proferri poſſent in medium tanti viri inſignia, nec parua, nec pauca ſed nullum meo iudicio præclarius monimentum extare, quam quod ſuis pene manibus illi, eloquentia ipſa conſtruxit. Etenim eloquentiæ parens, & altor Cicero in hunc fermè modum de Betutio, prodidit poſteritati.

Om-

Omnium autem eloquentiſſimus extrà hanc Vrbem Betutius Barrus Aſculanus, cuius ſunt aliquot orationes Aſculi habitæ, illa Romæ contra Cœpionem, nobilis ſane: cui orationi Cœpionis ore reſpondit Aelias, qui ſcriptitauit orationes multas, orator ipſe nunquam fuit.

HActenus Cicero, & quidem magni intereſt laudari à laudato viro, ſed ab eodem Artifice in eodem artificij genere, ſed ſummo modo, ſed nouo more, hoc vero plauſibile eſt, hoc amplum, hoc ad hominis famam maximè accommodatum. Itaque non ignari ſumus, multos contra nos ſtudioſè dicturos, quod in Betutio laudando exiliores, ac ieiuniores ſimus; Verum vt Neoptolemus apud Ennium, philoſophari ſibi ait neceſſe eſſe, ſed paucis, nam omnino non placere. Nobis etiam propoſuiſſe verius, quam expoſuiſſe, eloquentiſſimi Oratoris laudes, ſit ſatis. Obruimur nempe copia verborum, & ſententiarum digna varietate; præſertim cum vera virtus in

patrio ore, paucis contenta ſit, multitudine laudantium Ciuium ſuſpecta ſibi, atque inuiſa. Denique vt ſemel dixerim, ſi Barrij eloquentia, admirationem excitauit in Tullio, apud reliquos eniteat ad miraculum, neceſſe eſt.

DE ENOCHO RHETORE Aſculano.

EXaruerant eloquentiæ fontes, & latinarum litterarum perſpicuitati offuſa ſumma caligo erat. Itaque in tanta inconſideratione, non ſatis eruditorum virorum, imo in futili loquacitate Rabularum loqui penè dediderat oratoria facultas. Cum ecce Enochus Aſculanus illuſtrandam, & excitandam hanc litteraturam aggreſſus eſt; ornate loqui, polite eloqui, ſcientiæ copia, inopiam oratorum ſubleuare, & egregie deſudante induſtria, tot intermiſſam temporibus eloquentiam, tam longo amiſſam interuallo, poſtliminio, in Lycea, in Academias, in litteratos, in litteras reuocauit. Hic ſiquidem ille eſt Enochus, vir ſummo ingenio, eruditionis vbertate affluens reuocata Rhetorum gloria fœlicior, qui & dicere non rarenter cœpit, auditorem recen-

recenſere plurimum, & artes prudentiſſimas cum eloquentia copulare. Equidem ſi tot illius tempeſtatis viris, fides habenda eſt, nihil illo politius, aut elegantius, aut omnino melius expectari poterit, aut fieri poſſe palam dictitabant; Tantumque laudis, ac gratiæ apud omnes eſt conſecutus, in proponenda Rhetoricæ artium arte maximarum, multi vt in illius ſtudio, operam ampliſſime collocarent. Verum dum huius viri vires in docendo, litterariæ Reipublicæ dignitati, iuxta ſunt atque ornamento, illud accidit, quod nomen illi comparauit, in omnes ætates perhonorificum. Traces ac Maomethani, & ſi doctrinæ expertes, illiq. non mediocriter infenſi, Bibliothecam tamen Græcorum longe luculentiſſimam, ſiue librorum confertam multitudinem ſpectes, ſiue Codicum pretioſam ſuppellectilem, ſiue rerum quæ in voluminibus inerant, opulentam exiſtimationem, iniquiſſi mè occupatam, dementiſſimè retinebant. Iacebant præſtrictis omnibus bonis, acri doloris morſu, acciſæ litterarum opes, & indigniſſimum in modum, commentariorum inſepultæ, cernebantur ſepulturæ. Lugebant bonæ artes, mœrebant ſtudioſi, ſqualIebant Lycea, affictabantur Academiæ, Exhedræ demum ipſæ tam ſalutarem, tam ſplendi-

dum librorum reducem aduentum, deſiderabant. Interim Summus Pontifex, ſuum polliceri præſidium Enocho, ſi dolo auri, aut virtute animi, rem tantam, è barbaro imperio extorquere poſſet. Enochus Sapienti, & altiori mente præditus, omnem mouere lapidem, donec res proſpere ſcilicet ceſſerit. Quamobrem non ſolum nutantes litteras latinas confirmauit, verum Græcam facundiam tuendo melius propagauit latius.

DE ANTONIO BONFINIO Aſculano.

SI vnquam creditum eſt, è diſertorum Choro extitiſſe quempiam, omnibus, vel naturæ, vel doctrinæ præſidijs adſcribendum paratiſſimum, eum Bonſinium Aſculanum hiſtoricum fuiſſe, inficiatur nemo. Et vero quem florem, aut quod lumen hiſtoria, ſua non habet in hiſtoria? Theopompi altitudo Iſocratis nitor, Herodoti acumen, in illo eminet, cuius voce Hungarorum facta immortalitati præclariſſimè commendantur. Nam ſi rem æqua lance perpendamus, opus periculoſæ plenum aleæ hiſtoriam eſſe, aſſirmant illi, qui plus

eloqui,

eloqui, minus loqui didicerunt. Enimuero in annalibus conficiendis exornatorem, non tantummodo narratorem eſſe decet. Sit hiſtoricus rerum copia refertus, ſententiarum varietate abundans, verborum compoſitione non impolitus: agendum illi eſt oratione, ratione perorandum. Pernoſcenda penitus hominum conſilia, accedat oportet eruditio, & ingenuis moribus moratus ſermo. Tenenda eſt ſi Tullium audias, antiquarum ſeries cauſarum, exemplorum virtus, legum ſcientia conquirenda. Nam quid ego de epilogis dicam, de epiſodio, epiphonemate, quæ ſingula niſi ad limam elaborati Iudicij reuocentur, intelligimus mira quæque, in hiſtorico ſtatim peritura. Ergo eximia omnia hæc, atque præſtantia, ita in Bonfinio enituerunt, vt ei nihil neque à natura denegatum, neque ab induſtria non vltro delatum eſſe videretur. At vero ſi de hiſtorico hiſtorice, hoc eſt fideliter agant, nonnulli, vitium illi inurunt, quod fuerit acrior in hominibus carpendis, in vituperando aſperior, adeo vt Friderici principis viri, mores moroſius ferens, Licambæo pene ſtylo diſpunxerit, & Regem Matthiam non cenſoria modo ſeueritate concuſſerit, ſed luculento planè domino lutulenta nomina inueſtigarit, eumq. crebro appellauerit

hominem ex multarum noxarum importunitate, & leuitatum impunitate concretum, quod ſe ſordidis gregibus intemperantius ingereret, quod frequens in ſcœna numquam in Curia, quod amicis, ſalue diceret, & vale, quod magnam Regis ſpeciem, magnam dignitatem indignis pollueret moribus, quod egeſtate animi, infirmitate ingenij, ſuſtinere Regis perſonam nequiret. Sed nimirum dicam, quod ſentio; ſi vitij hoc in Bonfinio fuit, vitium fuit hominis, non ſcriptoris, temporis, non animi culpa. Vellicabat in Rege vitiorum aliquam, quæ in vulgus dimanarat inſolentiam, ne impunita gigneret, in alijs impunitatem labendi turpius. Vt vt fuerit, Bonfinij fama diſſeminata quotidie latius, vtpotè qui verus Rhetor, perfectus Scriptor, & in omni orationis ratione verſatus omnino diceretur, & eſſet, Coruini Regis rogatu Rhetiam ſe contulit, ſapientiſſima volumina exponit;terna ex illis dicauerat Regi,quæ non ſolum delectarent, ſed etiam ſine ſatietate delectarent. Erant porro Hermogenes, & Herodianus, ex Græco latinitate donati, & Coruinæ ſtirpis à primis vſque traducta temporibus origo,& nobiliſſimi nominis claritudo. Neque Reginam non donatam, tam regia ingenij liberalitas paſſa eſt: Dicauit, & Reginæ librum,

qui

qui inſcribebatur Virginitas, & Coniugalis pudicitia, & Aſculana hiſtoria, vtrobique multo fœliciſſimus; nam de pudicitia diſputauit ſubtilitate mirabili, & nunquam ſatiabili variate referſit mentes. De Aſculanis autem rebus, attigit infinitam rerum multitudinem, ex quibus miſera nunc ſterilitas, & ieiunitas incredibilis reliqua eſt. Vtrumquè opus ſilentio altiſſimo deprimitur. Fama eſt, terrarum alibi temeritate inuidorum ſupprimi, vt tandem ementito genuino nomine, ferat alter honores, mireturq. ſuas frondes, & non ſua poma. At quoniam oratori proxima cum poetis cognatio eſt, Bonfinius ſua donandus Apollinari laurea fuit merito, immenſus profundo ruens ore, & verba deuoluens, Mœonio digniſſima alite. Epigrammaton libellum conſcripſit præfatione præfixa ſatis frugifera, qua principem virum, integris inſtruebat artibus, & ad fauſtum regimen eximijs incitabat præceptis, quem librum ſub Coruini nomine in lucem tandem dedit. Agebat tunc Rex in caſtris, itaque oblata ſibi volumina lectitare auidiſſimè, in Cœlum efferre hominis ſibi alioqui minimè noti, viuum ſpirans ſimulacrum in libris expreſſum, acerrimè contemplari. Magna interim illum cupido ſuccendit, deſiderio pœnè conficitur, ex illius coram

ore

ore pendere, cuius ſcripta de manibus auellere, non poterat. Itaque Kalendis Ianuarij, Viennæ in magna procerum panegyri, in conferta totius regni Legatorum, & Sapientiſſimorum multitudine, Bonfinius orat. Impleuit aures, animos cumulauit, de ſe conceptam opinionem ſtabiliuit pleniſſime. Fontibus non riuis ducta eſt oratio, impulit homines molliter, docuit copioſè, deterruit audacter, concitauit facilè, compeſcuit fœliciter, Rege cunctisq. admiratione defixis. Idem deinde Rex, compoſitos à Bonfinio libros, inter ſacros Antiſtites, ac proceres diſpertit, orat ſcriptorem, vti in regio diuerſorio domicilium figat ſuum, quo ſecum retento, cum litterato homine, litteras apud ſe diuerſari, iure gloriari queat. Ad hæc Bonfinius, tergiuerſatione obfirmata reſiſtere, non poſſe ſi vellet Aſculanum hominem, tam longe à patria domo, ſoluto liberoque animo verſari diutius. Patriam ſibi imperio, oculis, vita eſſe cariorem; daturum ſe nihilo tamen ſecius operam, qua quantum erat ingenij, curæ, contentionis, transferret ad regiam maieſtatem, ſi quo modo poſſet, vberius, ac ſplendidius ſcriptis efferendam ſuis. Proinde multo maiorem futuram ſibi è longinquo reuerentiam. Sed nimirum regis armatæ, preces erant,

quibus

quibus obſiſti diutius non poſſet. Quare opima illi decernuntur à Rege præmia; quin mandat ſedulo, vt Beatricem Reginam edoceat, atque optimis imbuat diſciplinis; Neque vero diu in aula appoſito negotio frui licuit, in aciem ad puluerem redeundum; & quemadmodum olim Iulio Cæſari, inter arma fuit philoſophandum; & mitiores muſæ inter bellorum acerbitatem nutriendæ, dumque circum tonantium bellorum tumultu, Mars foris ſtreperet, intus Bonfinius Palladis mitiſſimo apparatu, pacis meditabatur artes. Ibi Latinos Græcis locupletauit litteris. Philoſtratum bimeſtri Latinum fecit: Adiecit poſtmodum animum ad Neapolitanas Iconas; Philoſophorum vitas illuſtrauit, illuminauit epiſtolas. Illud autem multo maius, multoq. excelſius, quod quina Decade, Hungarorum geſta præclara, præclariſſimè complexus eſt. Quorum librorum ſuauitate exhilarata ſunt, tot Hungariæ regna, quorum acumen obſtupuit Italia, lacteamq. lenitatem ſcribendi, commendarunt vniuerſi. Verum enimuero, vt egregijs plerumque viris, in ipſo pulcherrimarum rerum conatu aduerſari auerſam fortunam ſcimus, ita nec Bonfinio pepercisſe inſcij ſumus; vt enim fallentes fallacesq. ſunt hominum contentiones, in medio ſpatio fractus, corruit Bon-

finius,

finius, & ipſius fœlicitas, ante in ipſo curſu obruta, quam portum conſpicere potuiſſet. Nam in vehementiori contentione ingenij, dum in hiſtoria Hungarica, aditum ſibi ad omnem poſteritatem aperit perhonorificum, ſubita morte extinctus eſt, acerbo, ac luctuoſo omnium dolore. Dignus plane, vt quoniam ob ſuam inſignem inſcribendo fœlicitatem facit, vt in annalium memoria tot inſignes viuant, viuat ipſe in poſterorum recordatione gratiſſima, & qui Bonfinium legerit, nullis illum gloriæ finibus contineri pronunciet. Illum virtus fauor, potentium lingua conſecret æternitati. Illum laude maiorem, vetent mori litteræ. Rideat alma Adorea nitidus. Quod ſi lacteo decurrentem nitore, Liuium Patauinum merito ſapientes ſuſpiciunt, Bonfinium Aſculanum, nectareo, vel neſtoreo fluentem eloquio, litteratorum natio, notiſſimis efferat præconijs.

DE EVRIALO POETA Aſculano.

TRoicis olim temporibus, Poetarum Princeps Homerus, tantum laudis in dicendo Vlyſſi, ac Neſtori tribuit, vt in

in altero ſuauitatem mirificam, vim in altero ſuſpiciat adeo ſingularem, merito vt fulmen, ac flumen orationis dici poſſint. Verum proximè dilapſo ſeculo, Eurialus extitit Aſculanus Poeta, qui communi litterariæ reip. calculis, & concinnitate orationis, recreare eximie diceretur, à quibus eſſet auditus, & aculeos, in eorumdem animis affirmaretur relinquere. Notus vel in primis fuit, Poemate non vno, verborum integritate ſplendido, ſed illo præſertim nulla poſteritatis obliuione, obruendus. Carolus Quintus Imperatorum quot fuerunt, ornamentum ampliſſimum, & quot futuros erunt in annos, ad res egregias, incitamentum cumulatiſſimum, ita includebatur armorum ſtrepitu, vt litterarum ſilentia, quandoque non excluderet. Adfuit aliquando Eurialus, & Iuliæ regiæ bellum, vincto numeris ſermone, Carolo recitauit. Indicabat eo argumento, Caroli in bellando facilitatem, certandi ſcientiam, fortunam auctoritati coniunctam, itaut Deo moderante, inflante, ac reflante fortunæ æſtu, Hiſpanus illi aſſenſerit, obtemperauerit Italus, obedierit hoſtis, & quod de circumfluente Pompei fortuna fertur, venti tempeſtateſq. obſecundarint: placuit enimuero Imperatori ſuauitas dicentis, & copia dicendi. Pla-

cuit muſarum ingenioſa amœnitas: itaque vel ad egerendam animi delectationem, vel ad liberalitatis ſibi famam aucupandam, colligendamq., Eurialum torque aureo donat publicè; & quemadmodum Titum Manlium cum aureo torque Roma ſuſpexit, ita Eurialum, aurea cum gloriæ ſegete torquatum, Italia admiraretur. Vates profecto, quem hæderæ præmia doctarum frontium, ſuperis miſceant, & qui non ſine Cæſarea, & Cæſareorum ingenti acclamatione, omnes in ſui admirationem traxit, dignus proculdubio eſt, qui poſterorum memoriam, in ſui amorem, imitationemque conciliet.

DE VENTIDIO BASSO
Aſculano Conſule Romano.

NVllius profecto aures peregrinantur, in peruagato illo ſermone, quo antiquitatis memoria, Ventidium Baſſum, Aſculanæ gloriæ creatorem, conditoremque, exquiſitiſſimis ingenij monumentis celebrauit. Cuius ego in bellando robur, diſciplinam, fortunam, fœlicitatem, haud ſcio an multis Imperatoribus anteponendam, iure dicam.

Aequaſſe

Aequaſſe certè non diffido, ſuperaſſe fortaſſe, non ſemel, confido. Sic enim conſilio gubernauit ſuos, coercuit alienos, deuicit exteros, deuinxit domeſticos, domi foriſq. celebritate famæ, ad miraculum enituit, omnes vt ſapientiſſimi, eius fortunam cum virtute coniunctam, laudare facilius poſſint, quam fœlicius æmulari. Is Aſculi ex vltima hominum fœce natus, in vltimas ſibi terras, nobiliſſimi nominis facem tulit. Nouus homo, neque fumoſas maiorum imagines oſtentare, neque affinium opes præferre; nempe nobilitatem ſibi virtute peperiſſe, quam partam vitijs polluiſſe, fœlicius eſt. Atqui vbi cæteri Auorum ſplendore fucati, iactitant ſeſe, Ventidius in ſudore, puluere, arena, Sole, hoſtem feriendo, præſidia agitando, præter ignominiam, metuendo nihil, aduerſo corpore cicatrices excipiendo, ſanguinis dignitatem ſuam, ſtabiliuit ſibi, vt in eo, ignobilitatis mala, virtutis magnitudine, obruerentur. Verum altius nonnulla ante mihi repetenda ſunt, quam illius virtutis, initium narrandi faciam, & Aſculi cultum faciemq. naſcendam, exponam. Explicata in planitie ab Adriatico mari, non plus quinis leucis diſſitum, adeunti occurrit Aſculum. Collis vnus clementer accliuis prominet, quaſi edita intus ſpecula. Ibi

Po-

Polymnij Aſculani olim Regis Regia, in primis egregia viſitur, quemadmodum ſemidirutæ, & inſanæ ſubſtructiones declarant. In ſummo eius montis proſpectu, eminet Arx Pia, à Pio Medicæo Summo Pontifice inchoata, natura magis munita, quam arte inſtructa. Vrbs vero perenni Turrium tractu, ſic tota diſtinguitur, vt centenas fermè enumeret, celſitudine, atque elaborati marmoris venuſtate pari. Cingitur alluuione Truenti (fluuius hic eſt, Poetarum carmine, haud ignobilis) iugi, ac perſpicua excurrit aqua, lemborum minime patiens, cæterum vbi ſtagnantibus hinc inde aquis, intumuerit, ſaxa horrida, ingentia adeo prouoluit prouehitq. longius, vt Ciuium etiam laboret fides, tam grandia marmora, à tam parui fluminis alueo, tantiſper dimoueri, potuiſſe. Ergo Pompeius Strabo, militum flore, ac robore contracto, ad hanc occupandam Vrbem, venit. Neque cum rudibus, belliq. ignaris, bellandum fuit. Diu multumq. fatigatus Romanus miles, fœlicior an fortior, incertum habeo, non incruento Truento, promiſcuo multorum ſanguine, vrbe potitur, diripit. Dein eadem in Vrbe triumphare, Imperatori conſilium fuit, vt triumphantium eſſet nutrix, quæ bellantium mater efferebatur. Ductus eſt in

triumpho, pene infans Ventidius, parentis gremio geſtatus, vt victus cerneretur, qui Victoribus erat imperaturus. Poſtea adoleſcens, imbutus factis congruentibus, & prudentiæ artibus abunde pollens, fidenti, ac ſecuro gradu, per ſumma militiæ faſtigia, vagari cœpit. A Iulij Cæſaris Latere, diſcedebat, numquam, ab eoque inhauſit belli diſciplinam, nempe, cingere aciem, eijcere in collem, extenuare, firmare, prolatare, hoſtium impreſſionem, ſuomet corpore, intercludere. Itaque breui effectum, nihil vt in illo mediocre, nihil vulgare, ſed in omni genere laudis excellens, gloriæ monimenta, laudationum inſignia, in animo conderet ſuo. In Gallia ſub eodem Cæſare meruit, vna cum ipſo, Imperator antequam miles, in omni expeditione, laborum patiens, acri ingenio, magnæ animæ prodigus, contra pericula, atque inſidias, firmiſſimas. Acciditq. non ſemel, vt ne Cæſaris incurreret inuidiam, quas ſua manu victorias peperiſſet, alieno partas dictitaret ingenio. Nimirum ſuadente modeſtia, cuius habenis, ad fœlicitatis curſum, animi mortalium temperantur. Quibus gradibus, eò gloriarum proceſſit, vt mox Tribunus plebis, exinde Prætor, ſecundiſſimis animis omnium, fuerit renunciatus. Interea indictum bellum

D Parthis,

Parthis, nec diu M. Antonio deliberandum, & concoquendum fuit, quem nam tanto præficeret bello. Præficitur Ventidius, qui è veſtigio, per æqua & iniqua deambulando, per loca inania, & ingenti ſolitudine vaſta, in hoſtis conſpectum dedit ſeſe. Ingens ſane periculum, velitabatur fortuna eminus, bellum formidoloſum. Parthica natio, ventoſa, inſolens, colubrino ingenio, laboribus aſſueta. In Partho ſiquidem, dolus, feruor, locorum peritia, & militiæ inerat, in acie formidoloſus, in pace pernicioſus. Ventidius fœliciter conſilio cuncta regens, partim in aperta acie exponit militem, in ſaltuoſis locis componit. Tum Cuccinarum cantu, clamore vtrinque ſublato, terribili remugitu, aures impletæ; fundis & baliſtis eminus ſtrepentibus, mucronibus emicantibus cominus, collatis ſignis, armorum fluctibus ſic circumiuit barbarum, iam vt non regredi poſſet, litemq. totam adeo perfecte perorauit, vt primus Ventidius docuerit, à Romanis Parthos vinci poſſe; nec ſemel, aut bis, ſed terna victoria Parthum cecidit, fudit, fugauit, namque numero Deus impare gaudet; itaque fortuna maxima, Parthicam, hoc eſt, immanem & fœdam crudelitatem, à viſceribus reipublicæ, non modo à manibus auertit. Internicione calamitoſa,

toſa hoſtium iuſtæ iræ parentatum eſt, direptæ Arces, ſolo æquata Caſtella, agri diuexati, vaſtatæ ſegetes, attritæ opes, ædificia incenſa, equorum fremitu, tectorum fragore, vbique deſperatione, cæde, in Ciuitatibus, victorum inſolentia depreſſa. In quam rem, inſigne lego elogij genus, apud Antonium Bonfinium, hiſtoricorum communi Sapientium ſuffragio, nobiliſſimum.

Parthi M. Craſſum obtruncarunt, redegerunt Perſas rerum Dominos in ditionem ſuam. M. Antonio bellum inferenti, cum quinquaginta millibus Equitum, occurrere, & ni Ventidij Baſſi, Conciuis noſtri, virtus ſuccurriſſet, iam de vniuerſo Romano exercitu, fuiſſet actum: hæc ille.

NEque poſt tam egregiam victoriam, vti aſſolet, Inuidia inſecuta eſt; ex Centurionum ſuffragatione, è Senatus Conſulto, decretus illi triumphus. Triũphauit Aſculanus Imperator, & Romani nominis famam, examuſſim impleuit. Et quoniam eſſe,

quam videri ſtrenuus malebat, delatæ ſunt illi Orientales prouinciæ, in quibus ſummo cum imperio, ac poteſtate verſaretur. Quaſi inopinatam hæreditatem, ſic oblatam adminiſtrationem arripuit in qua magnitudine animi, & moderatione, par fuit. Rem ibi Romanam, mente, & audacia ſuſtinebat; exſultanti ferocia hoſti, tanquam frænos furoris inijciebat. Facilibus ac ſubiectis, facillimos præbebat aditus, & molliſſima ſemper fandi tempora. Quamobrem crebreſcente in dies latius fama, rumoribus honeſtiſſimis de ſe illatis frequentiſſime, Romæ renuntiatur Pontifex, cuius partes erant, vt non cœleſtes modo cæremonias traderet, verum etiam parentaret, placandos rite Manes edoceret. Et finis vnius boni, gradus futuri fuit. Conſulatus faſtigium in illius demum humeris imponi ſolebat, qui probe noſſet remp. ornare moribus, honeſtare legibus, munire bellis, omni denique humanarum, diuinarumq. rerum, conſtituto iure ſtabilire. Is Conſul declarandus erat, qui conſilio plurimum poſſet, vigilantia, authoritate, plus penè quam poſſet. Ergo Ventidius terras omnes, ſui nominis fama, ita impleuit, ita fortunas omnes anteiuit fortunis ſuis, vt homo nouus, externus, ad Romani Conſulatus ampliſſimam

magni-

magnificentiam, virtutum ſuis inuectus quadrigis, aduolarit. Mirari hic ego non deſino, quod vulgo, vulgari ſane, & imperito modo fertur. Nunquam diu, eodem veſtigio ſtare fortunam. Omnia conſilia, continenti fœlicitate, non fortunari. Virtuti duci, fortunæ Comiti; pediſſequam addi Inuidiam, nec cuncta, ſecunda atque obedientia arridere. En flore ætatis, & fortunæ vſus ſemper Ventidius. In portu gloriam tenuit, & exageratis fortitudinis præmijs refertiſſimus, Romanus rerum poſſeſſores, Aſculanus pene Seruus, moderatus eſt. Ad extremum vitæ laudabiliter anteactæ, laudabilis reſpondit euentus, fato enim concedens, gloriæ ſuæ tempore, ſed Romæ peracerbo, publico elatus funere, pro mortali conditione vitæ, immortalitatem apud omnes, eſt conſecutus. Gloriam ſuperiorum, fortuna vicit, poſterorum fœlicitatem adeo æquauit, nemo vt auſus ſit, virtute eius, vel ſperare fortunam, vel optare. Sine æmulo clariſſimus Ventidius, effrenatius in aciem hoſtium irruens, dignus fuit Romano Conſulatu, dignus Conſulatus, Aſculano Ventidio; & qui primus ad exteros tantam Conſulis dignitatem ſecreuit, dignus eſt, vt ſibi ab exteris, Virtutis Ara digniſſima, ſecernatur. Intelligent quippe

vniuerſi, non minus vnum Ventidium toti Romæ, quam totam Romam vni Ventidio, profuiſſe. Atque vt ſemel dixerim cum Poeta veri tenaciſſimo, Ventidius eſt.

Sydus, & occulti miranda potentia fati.

DE FVLIGNATE ASCVLANO.

FVlignates Aſculanus, manu promptus, ingenio impigro, in tantam breui claritudinem peruenit, vt terrori hoſtibus, admirationi ſuis, poſteritati dignitati eſſet, & gloriæ. Periculoſi iuxta, ac formidoloſi belli detonante procella ſubitus euentus, virtutem Ducis abundè declarauit. Braccius, cui poſtea cognomen forti, ex robore fuit, præclara, adeoque rara, militaris rei facinora ediderat, vt ſola geſtorum fama, non modo fortiſſimorum fortunatam audaciam, infringeret, verum omnibus conſerendi manum, ſpem, animumq. adimeret. Braccius hic eſt, nobiliſſimus ille deſertor, & transfuga è Pontificijs caſtris, & in omne poſtea facinus Anteſignanus. Qui tandem factioſorum grege facto, Eccleſiæ fines, ferro, flammaque dare peſſum, ingenium tendere, exagitare Oppida, largiendo, ſollicitando delinire, ſi quos relicto Pontifice, in

ſuam

ſuam traduceret amentem mentem. Itaque, quæcumque dici, aut fingi queunt crudelitatis acta, in hoc homine cuncta fuere, & alia amplius: nam perenni vſus bellandi fœlicitate, ſpoliare cœpit domos, expilare fana, incendia facere, armis bacchari, cadaueribus, cruore implere omnia, & quæ Victori collibuiſſent indigniſſimè exercere. Tanto igitur terrore bonorum res in extremo ſita erat libertas, Anima in dubio verſabatur. Braccius verò rerum ſucceſſu ſecundiore, efferatius inſolens, infinita Numinis iniuria, luce palam ore teterrimo euomebat (rem auditu crudelem, relatu nefariam) velle efficere ſe, vt ad tot anguſtias conijceretur Chriſti Pontifex, vt ſi vellet vitam ducere, vicena Miſſarum Sacrificia, pro quinis obolis celebrare cogeretur. Tàm atrox maledictum, tàm ferum, tàm barbarum, iniquiſſimè ſcilicet ferebant non vni Centuriones, ac Primipili Pontificij, cæterum animo ob egregiam formidinem, fluctuantes, tàm efferatam linguam euellere radicitus plane nemo tentabat. Fulignates incredibili mentis altitudine, diuino verius conſilio, quàm fortè humana fretus, inultas pati nequiuit tantas blaſphemias; ſed ad ſingulare certamen, truculentius ſubſultantèm militem laceſſit. Quid verò tàm erat, aut

eſſe poterat nouum, quàm perduellem ferociſſimum prouocare? prouocauit Fulignates. Manus cum illo conſerere? conſeuit. Cauſam Pontificis, atque adeò totius Chriſtianæ dignitatis ferro perorare? perorauit. Enimuerò ſummis virtutibus cum extremis vitijs pugnans, eminus primum, dein cominus, cæſim, punctim hoſtem feriendo, inſtando, pedi pedem conferendo, librato demum ad deſtinatum funus Acinace, ſeditionis nutriculam extinxit. Lætitiæ cumulum bonis omnibus, attulit cumulatiſſimè. Ergo fuit Fulignati in Virtute militari glorioſus aſcenſus, & qui virtute plurimum præſtitit, gloria is maximè excellat neceſſe eſt.

DE CORRADO MILLIANO.

APud Aſculanos, Millianorum nomen, in primis inclytum eſt. Ex ea familia in ſancti Franciſci diſciplina Corradus Millianus, eos progreſſus in ſapientia, ac pietate fecit, illum vt, nonnulli æquare tunc quidem poſſent, ſuperare nemo poſſet. Maximam gloriam, in maxima deſpicientia poſuit; orator nempe diſertiſſimus, Theologus nobiliſſimus, cæterarum Artium ornamentis inſi-

gnis

gnis, diuini Numinis familiaritate vti maluit, quam in hominum conſuetudine celebrari. Nicolao Quarto apprime carus, à quo in Cardinalium numerum fuiſſet adſcriptus, niſi reclamante modeſtia, varias ſubinde nectendo moras, ex hominum numero, eſſe deſijſſet. Agebat tum Pariſijs, & incredibili Auditorum frequentia, & admiratione, Theologorum quæſita, eruditiſſimè enucleabat.

Verum in tam infinita, laudandarum rerum vbertate, ſicut à quo exordium capere deberemus, difficile fuit, ita in quo perorare quis poſſit, haud facile eſt iudicare. Et nimirum quam in arduo, ac ſcopuloſo loco verſer, viderint ij, qui nullum Ducem, aut lucem ad ſcribendum nacti, non æquam viribus materiam ſcribendam ſuſcepere. Aeternare plenis honorum muneribus, alienas virtutes, illius curæ ſcilicet eſt, qui quaſi per manus poſterorum, delatam memoriam recognoſcere, in promptu habet. Nobis quidem maxima recenſenda erant, ſed hominum magis gratis iudicijs, quam publico adhuc præconio celebrata. Enimuero ſi egregia Aſculanorum geſta, in poſterorum cognitionem penetraſſent, næ optime meritis, de militari, & ſapientiæ, & religionis diſciplina, honores quam ampliſſimos decer-

cernendas, ſcriptores litterarum elogijs cenſuiſſent. Interim ne multus ſim, multa mihi in alium locum reijcienda. Omitto ex Aſculanis, Militem non rarum, qui ſummum in florentiſſima Præfectura, gradum tenuit, dignitatis, & roboris. Sileo ornatiſſimos viros, affluentes rerum ſcientia maximarum. Nihil de L. Ruſo, Caio Iudacilio, T. Aphranio, Romanæ reip. clariſſimis luminibus. Et circum ſe actis inde ſæculis, nihil de Ginnutio Aſculano Epiſcopo, qui Romanam Eccleſiam, vt auctor eſt Baronius, vel vnice, vel vnus firmiſſime ſtabiliuit, contra Lutheri proiectam audaciam. Nihil de Lucentio, item Epiſcopo, qui in Calcedonenſi Concilio, Eutichiam pertinaciam, ſtrenue adeo infregit, vt extollere iam caput, perpetuo oppreſſus, nequiret. Nihil de Epiphanio Epiſcopo, ab Agapito Pontifice, in Orientis tractus deſtinatus, qui in Orientis lumina, lumen Euangelij inueheret. Claudius Aſculanus Epiſcopus in Ariminenſi Concilio à Secretis, Valentem, & Vrſacium, hæretica colluuione contaminatos Epiſcopos, ad perſpicuos, Catholicæ Veritatis fontes reuocauit. Franciſcus Stabilis, in Meteoris, & Aſtrologia ſcientiſſimus, quem quoniam ad ſydera vſque carpit iter, carpunt ac rodunt vniuerſi. Nam de

Fœlice

Fœlice Centino Cardinali, quid dicam? ille enim doctrinarum omnium complexionem aſſecutus, iudicio acerrimus, recti tenaciſſimus; honoris omni maior faſtigio, quem mortales omnes, immortalem eſſe concupiſcunt, adeo fœliciter cum maieſtate, humanitatem copulauit. Ad cuius efferendas laudes, cum exornare ſe debeat eloquentia, præteribo tacitus, quæ nullo pacto ingenij exilitate perſequi fas eſt.

Verum iam temeritati Scriptori vertatur, quod mediocriter, quod male, plura deſcripſerit, dummodo fateatur poſteritas, ex Aſculana Ciuitate ampliſſima, ampliſſimos Viros prodijſſe.

F I N I S.

INDICVLVS
CLARORVM ASCVLANORVM, QVI IN HOC LIBELLO CONTINENTVR.

NICOLAVS *Quartus Pontifex Maximus.* *pag.* 9
Gratia Deus Theologus. 25
Nicolaus, & Corradus Philoſophi. 27
Nicolutius Concionator. 29
Pacificus Maximus Poeta. 30
Franciſcus Alatus Iureconſultus. 31
Titius Barrus Orator. 32
Enochus Rhetor. 36
Antonius Bonfinius Hiſtoricus. 38
Eurialus Poeta. 44

Ven-